fm Augustinū de mēbris dr nō de xpo. Allegauit xo diabolus scripturā. qm̄ in priori pugna fuerat a xpo p scripturā cōclusus. Sz ipe deus incarnatus iterū sibi rndit. Scriptū est Deuterono. vi. ca. Mō tentabis dnm deū tuū Dnm qs tentat cū habet nāli auxilio vel rōne quid faciat. t tñ cōmittit se periculo. vt experiat an deus possit vl velit liberare. Mitte re itaqz se deorsū periculū erat fm naturaz. t miraculū facere tunc nō erat expediēs. ¶ Tertio diabol⁹ tentauit xpm de auaricia. ꝓduxit quidē tentationē ad id qō iā nō est spūaliū virtuz sz carnaliū. s. vt diuitias t glām mūdi cōcupiscāt vsqz ad contēptū dei. Et ideo in primis duabus tentationibus dixit. Si filius dei es. nō ār in tertia que nō pōt spūalibus cōuenire Sequit ergo euangelista. Iterū assūpsit eum diabol⁹ in montē excelsū. q fm aliquos distat a loco quarantane siue ieiunij duobus miliaribus. Et ostendit ei oīa regna mūdi. fm Crisosto. Non est intelligendū q videret ipsa regna vel ciuitates vel aurū vel argentuz. Sed partes in quibus vnūqōqz regnū vel ciuitas posita est. Diabolus ḡ digito demonstrabat. t vniuscuiusqz regni honorē t statū xbis exponebat. Vel fm Rabanū ostendit qz vanitatē pompe mūdane quā ipse diabolus diligebat qz speciosa sit t desiderabilis xbis demōstrauit. vt ad amandam illā ipsuz induceret. Vel fm Origenē ostendit ei quō ipe p diuersa vitia regnabat in mūdanis. in quibusdā. s. p superbiā. in quibusdā p auariciā. i quibusdaz p luxuriā. vt exemplo multitudinis posset ad cōsentiendū facilius inclinari. ¶ Prima expositio magis consonat littere scti euāgelij. ¶ Propterea vt scribit Lucas. iiij. ca. diabolus dixit O ia mihi tradita sunt t cui volo do illa. Mēdax est qui est mendax t pr̄ mendacij. qz vt inquit Dauid in ps. Dñi est terra t plenitudo eius orbis terraz t vniuersi q habitant in eo Et iterū. Tui sunt celi t tua est terra orbis terre t plenitudinē eius tu fundasti. Mendacio itaqz suo satagebat diabolus xpm seducere. Et subdidit. hec oīa tibi dabo si cadēs adoraueris me. Tūc dixit ei ihesus. vade sathana. s. sz Hiero. in infernū q pat⁹ ē tibi t angelis tuis Scriptū est enī. Dnm deū tuū adorabis t illi soli seruies. Non dixit hec verba exprobrati ua in prima t scda tentatione. sed in ista qz h diuinū vsurpare volebat honorē. Tunc reliqt eū diabol⁹ t ecce angeli accesserūt t ministrabant ei. Reliquerāt enī angeli ipsū ihesū vt dicit Nicholaus de lira ad tps vt diuinitas ei⁹ diabolū magis lateret t vt cōuenientius locū tentādi haberet t vt victoria ipsius xpi excellentior appareret ex hoc q solus ipsū deuincere ret. Et ideo victo tentatore t pre cōfusione recedēte accesserūt angeli t ministrabant ei sic vero dño ꝓprij sui. Ex quo appet diuinitas xpi qz nulla natura est supra angelicaz nisi diuina. Credunt ār ministrasse illi etiā cibū naturalē. sicut fecerūt helie. Insup cibarūt illum spūali delectatione collaudando t benedicendum sanctū nomen eius. qō t nos semper benedicamus in secula seculoz. Amen.

¶ Sermo duodecimus de dulcissimo admirādoqz spectaculo transfigurationis xpi.

Vritis montē excelsū. Scribunt hec verba Matthei. xvij. ca. Rem grandē atqz mirabilē opatus est xps in sua transfiguratione iocunda. Ad cuius spectaculū delectabile nō oēs apostolos voluit adesse. Tū qr secreta nō sunt oībus reuelanda. tū qr dñt a maioribus in alios derivare sicut fit i celesti ierarchia. vt refert Dionysius. Tū etiā vt Damascen⁹. dicit. Ne iudas indignus interuenisset qui nec sol⁹ repellend⁹ erat ne ad invidiā indignationēqz ꝓuocaret. Admissi sunt xo tres. ¶ Petrus ꝓpter ꝓrogatiuā feruoris fidei. Joānes ꝓpter excellentiā virginitatis t Jacobus ꝓpter prioritatē martyrij. qr ꝑmus sustinuit martyriū propter xpm. vt pz Actuū. xij. ca. Mis reuelata sunt altissima mysteria xpi que nullus valeret ingenio ac ꝓprijs sensibus cōprehendere Que tū postmodū ab eis predicata sunt t ab euangelistis descripta ad vtilitatē t eruditionē nostram. ¶ Propterea vt mens nra illustret veritatis splendore. t dnm xpm pio venere mur affectu. in presenti sermōe de triplici sublimi excelsaqz dignitate saluatoris nri. dicem⁹ quā tribus discipulis prenoiatis in sua transfiguratione monstrauit.

¶ Prima dr claritatis.
Secunda superioritatis.
Tertia equalitatis.

¶ De claritate corporis xpi in transfiguratione in qua monstrata fuit discipulis dignitas eius. Capitulum i.

Prima sublimis t excelsa dignitas dñi ihesu xpi tribus aplis demonstrata dicit

claritat⁹. vt eni ingt Matthe⁹. Transfigura/
tus est añ eos. nō q mutauerit liniamēta cor/
poris vel amiserit pristinā formā ⁊ faciem vt
Hiero⁹ ait. ,sed ,ppter claritatis vultus eius
immensitatē de qua dr̄. Resplēduit facies ei⁹
sicut sol ⁊ vestimenta eius facta sūt alba sicut
nix. Placuit āt sibi sic transfigurari ⁊ clarita
tē ostendere. qm̄ prenūciata passione sua disci
pulis vt scribit Matth. xvi. ca. illos induxit
ad sue passionis sequelā dicens. Si quis vult
post me venire. s. meā doctrinā ⁊ facta sequē
do abneget semetipsū. i. affectū humanū non
solū meā passionē nō impediendo sed ēt me i
hoc imitando. ⁊ tollat crucē suā. i. paratus sit
in aio voluntarie crucē portare in qua crucifi
gat ignominiose ſm Micholaū de lira. Q por
tet āt ad hoc q aliquis directe ꝓcedāt in via
q finē aliqualiter precognoscat. Et precipue
qñ via est difficilis aspa ⁊ laboriosa. finis Vo
iocund⁹. Cū g xps p suā passionē ad hoc que
nerit vt gloriā obtineret nō solū aie quā ha
buit a principio cōceptionis sed etiā corporis
ſm illud Luce vltimo ca. Q portuit pati xpm
⁊ ita intrare in gloriā suaz. Ad quā ēt pducit
eos qui vestigia sue passionis sectant. Jō cō
uenies fuit vt discipulis gloriā claritatis oste
deret. cui suos electos ꝓfigurabit. Vnde pau
lus ad philipenſ. ca. iij. dicebat. Saluatorē ex
pectam⁹ dñm ihesū xpm qui reformabit corp⁹
humilitatis nre cōfiguratū corpori claritatis
sue. Sed vt pars ista lucidius explanetur tria
erunt dubia declaranda.

Primū vtrū claritas illa quā xps ostendit in
facie fuit in eius corpore sicut in subiecto.

Scōm vtrū illa claritas fuit gloriosa.

Tertiū vtrū p claritatē cōuenienter significe
tur gloria corpoz beatorum.

¶ Ad primū dubiū rndet Alexāder in. iij. vo
lūie sūme. Q claritas illa fuit in corpe xpi tā
q in subiecto nō tm̄ in aere circūstante. Ingt
eni Lucas. ix. ca. Facta est dū oraret ſpēs eius
altera. i. alterata vt dicit glosa. qō nō pōt esse
nisi fieret imutatio circa ipsam. Aliter tm̄ erat
claritas in veste. ⁊ aliter in corpore. q in corpe
erat ab exteriori vt dicēt. ⁊ ita vt in subiecto.
sz i veste ab exteriori. s. a supfuso splēdore facie
Nō āt q re claritas fuit i corpe sic in subiecto
nō in veste. q vestis nō erat glorificabilis. sz
bn̄ erat glorificabile corpus. ⁊ pp hoc ad osten
dendā gloriā que erit in futura resurrectione
que erit in corpe sic in subiecto. sic debuit esse
claritas illa in transfiguratione. ¶ Ad scōm
dubiū rndet sctus Tho. iij. parte. q. xlv. Q cla
ritas illa quā xps assumpsit in transfiguratō
ne fuit claritas glorie q̄tū ad essentiā. non tm̄
q̄tum ad modū essendi. Claritas eni corporis
glorioſi deriuat ab aie claritate. vt Aug⁹ dic̄
in epistola ad dyoscorū. Similiter claritas cor
poris xpi in transfiguratōne deriuata est a di
uinitate ipsius vt Damascenus dicit ⁊ a glo
ria aie eius. Q eni a principio ꝓceptionis glo
ria aie nō redundaret ad corpus ex quadā dis
pensatione diuina factū est. vt in corpe passi
bili nre redēptionis expleret mysteria. Nō tm̄
p hoc adempta est ptās xpo deriuandi gliam
aie ad corpus. Et hoc idē fecit q̄tū ad clarita
tem in transfiguratione. aliter tm̄ q̄ in corpe
glorificato. Nā ad corp⁹ glorificatū redūdat
claritas ab aia sicut quedā qualitas pmanēs
corpus afficiens. Vñ fulgere corporaliter nō
est miraculosū in corpe glorioso. Sed ad cor
pus xpi in transfiguratione deriuata est cla
ritas a diuinitate ⁊ aia eius. nō p modū qua
litatis imanētis ⁊ afficientis ipsū corpus. sed
magis p modū passionis transeuntis sicut cū
aer illuminat a sole. Vñ ille fulgor tūc in cor
pore xpi apparens miraculosus fuit sicut ⁊ ꝑ
ipsū q ambulauit sup vndas maris. Ex quo
nō tenet opinio bugonis de sctō victore qui
dixit. Q xps assūpsit dotes claritatis in trans
figuratione. agilitatis ambulando sup mare.
Subtilitatis egrediendo de clauso virginis
vtero. q dos noiat quandā qualitatē immā
nentē corpori glorioso. sed miraculose habuit
ea que pertinent ad dotes. Et est simile q̄tuz
ad animā de visione qua paulus vidit deum
in raptu. Illa ergo claritas fuit claritas glorie
modo dicto. sed nō corporis glorioſi. Jdeo in
quit Bedda sup. xvij. ca. Actbei. In corpe
mortali ostendit nō immortalitatē sed clari
tatē similē future immortalitati. Sz propter
dicta querunt nōnulli. An solum xpi corpus
fuit transfigurabile. nam scribitur de moyse
Exodi. xxxiiij. ca. Q apparuit facies eius cor
nuta ex cōsortio sermōis dñi ex maximo splē
dore. Et. ij. ad Corinthios. iij. ca. dr̄. Q nō po
terant filij israel intendere in faciē moysi pp
gloriā vultus eius. Insup de btā virgine dic̄
glosa sup illo verbo Matth. i. ca. Non cogno
scebat eam donec peperit filium suuz primo
genitum. quia ioseph mariam facie ad faciem
videre nō poterat. Quare videtur q corpus
moysi ⁊ virginis fuit trāsfiguratū. Ad ꝑ dic̄

Alexander in.iij.vbi.s.q; aliter fuit silitudo glorie in facie moysi.in btā virgine ⁊ in corpe xpi. In facie nāq; moysi ⁊ btē virginis fuit silitudo claritatis q̄ erat alterius generis simpliciter q̄; claritas glorie. Sed in corpore xpi fuit claritas q̄ erat eiusdē generis cū claritate glorie.⁊ si nō simplicit tñ fm partē. Et hoc est qr radius claritatis in facie moysi fuit a psortio dei quē habebat spūaliter in mente. Silit radius claritatis in facie virginis erat ex cōsortio dei quē ñ solū habebat spūaliter in mēte.sed ēt corporaliter in ventre. Sed in corpe xpi fuit claritas ex vnione cū diuinitate ⁊ aīa in pte supiori btā. Et pp hoc nulla alia ostensio claritatis debuit dici transfiguratio sicut ista.qr soluz illa q̄ est in expressa silitudine ad gliam dz dici transfiguratio. Et si ad hoc diceret q; claritas moysi fuit maior claritate xpi eo q; nō poterat precipi nisi velaret.ergo magis fuit ostensiua claritatis glie. Rñdet Alexander.q; nō fuit copiosior claritas glie moysi q̄; claritas corporis xpi. Mā q; claritas faciei moysi nō possz videri fiebat ñ qr maior eēt sed qr offēdebat ⁊ disgregabat visū. Sicut ēt videmus de claritate solis q̄ pp̄ h nō pōt videri. Sed claritas apparens in facie xpi erat delectans visū ⁊ cōfortans.sic claritas glorie q̄ cōfortat ⁊ corroborat visū. Vñ Apocalip. xxi.ca. Claritas ciuitatis supne cōpar iaspidi ꝯ claritas demisset ⁊ delectat aspectū. Sz his obijci pōt.qr dr q; claritas corpis xpi fuit silis claritati solis q̄ videri nō pōt.g̃ nec ita videri potuit claritas corporis xpi. Rñdemus q; claritas corporis xpi dr silis claritati solis.qr sol excedit in lumine oēs planetas. Tñ glosa dic Matth.xvij.ca. Resplenduit facies ei⁹ sicut sol plus certe q̄; sol sed nō habuit exemplum maius cui cōpararet. Si vo aliqs q̄reret cur nō cōparata fuit claritas illa claritati Iaspidis sic solis. Dicim⁹ q; lz claritas iaspidis sit delectabilis nō tñ ita est oibus nota sicut claritas solis. Ad tertiū iā dubiū est deuenicndū an.s.p claritatē ꝑueniēt significet glā corpm btōr. Et videt q; nō. Mā claritas nō solū est corporū glorificatoꝝ imo ⁊ cōis aliorꝝ corporū. Cōuenientior āt est ostensio facta p ꝓprietates ꝓprias sicut per agilitatē impassibilitatem ⁊ subtilitatē q̄; p cōmunes. Ad h ita pulchre dicit Alexander. q; cū sint quattuor propietates fm quas ostendit glorificatio corporū ipsa claritas est principalis ad quā cōsequunt cetere. Naturā eni lucis cōsequit subtilitas.vñ lux p naturā hz subtilitatē ad penetrandū corpora marie corpora transparentia sicut pz in lapide cristallino q penetrat a luce. Silit ad ipsā consequit agilitas.vñ motus vel mutatio eius fit quasi subito. Silit ad ipsā consequit impassibilitas.vñ ctiā nullum inquinamentū patit ab alijs. Quia ergo claritas presuppouit oēs alias ꝓprietates q̄ sūt corporū glorificatorū ⁊ nulla illaꝝ ponit oēs alias. Ideo cōuenienter fit ostensio glorificationis corporū p claritatē. Iccirco dns in euāgelio Matth.xiij.ca. Significans gliam resurrectionis nō multiplicat verba.sed pfecte integre ⁊ totaliter significat p claritatē cū dicit Justi fulgebūt sic sol in regno patris eorum.

¶ De apparitione moysi ⁊ helie qui cum xpo reuerenter loquebant exhibendo illi tanq̄; vero deo reuerentiam ⁊ honorē. Capitulum.ij.

Secūda sublimis ⁊ excelsa dignitas dñi iesu xpi apl'is demonstrata.dr supioritatis. Quia eni vt ait Crisostom⁹. Alij dicebāt eū esse heliā. Alij Jeremiā aut vnū ex ꝓphetis.ideo capita prophetaꝝ induxit vt differētia appareat inter seruos ⁊ dñm ostendendo q; nō erat helias neq; moyses.sed illis supiorimo ⁊ dñm sc angeloꝝ ⁊ hoium manifestaret Ecce ingt Matthcus. Apparuit illis moyses ⁊ helias cū eo loquētes. Pro clariore vo h ꝓptis intelligētia tria sūt hic dubia declarāda. Primū q̄lit apparuerūt ibi moyses ⁊ helias. Scōm quo discipuli cognouerunt illos. Tertium quid loquebantur.

¶ Ad primū dubiū diuersimode rñdet a multis. Quidā eni dicūt.q; moyses ⁊ helias non apparuerūt ibi vere sed imaginarie. Alij vo q; angeli ꝓ psonis coꝝ in assūptis corporib⁹ in ipsoꝝ.s.moysi ⁊ helie silitudine apparuerūt Hec fuit fictio qr illud angeli fecerūt ⁊ de intentione coꝝ qō ipsi psonalit fecissent. Sic ēt dr. dñs locutus est ad moysen q̄; angelus in psona dñi loquebat. Nonnulli āt asserūt q; apparuerūt ibi moyses ⁊ helias vere. Sed apparuit moyses in suo corpore reassumpto ad tpūs. Hoc videt dixisse Aug⁹ in li. de mirabilib⁹ sacre scripture. Nec mirū est q; ꝓ tā magna re ad tpūs resurrexerit ⁊ realiter venerit. Alexander āt in.iij.dicit. q; apparuit ibi helias in corpe ⁊ aīa. moyses vo in aia tñ. Vt eni ingt Aug⁹ ad paulinū in li.d cura ꝓ mortuis agenda. Alij sūt būanaꝝ limites rerum.

Alia diuinarum signa virtutū. Alia sunt que naturalit. Alia q̄ mirabiliter fiūt. Apparitio itaq; aiaꝝ post mortē ſm limites rerū non est possibilis. sed solū ſm signa diuinaꝝ virtutū siue solū ſm diuinā potentiā ⁊ nō ſm rerum naturā. Aia igit moysi apparuit ibi vere ꝑ diuinā potētiā. Sicut dicit Aug⁹. q̄ aie martyrū ꝓ diuinā potentiā possūt hoibus apparere. Et de cōfessore felice refert ipsū apparuisse ciuibus nolanis pie a se dilectis cū a barbaris nola oppugnabat. Sed tunc restat questio qñ ſi aia moysi tm̄ fine corpe apparuit cū ipsa sit insensibilis quō potuit apparere aspectibus apl̄oꝝ. Ad qō dicendum q̄ substantia spūalis apparet sensui duobus modis. Uno mō ꝓ corpus assūptū sicut apparet angelus. Alio mō ꝓ solā similitudinē corporis quā facit in sensū ⁊ ꝑ quā imutat sensū. Sicut enim angelus potestatē habz supra corpora vt sibi corpus possit assumere ⁊ apparere sensui ꝓ illud. Ita hz potentiā vt possit aliquā corpis silitudinē in oculo efficere ⁊ ꝑ illā oculus immutare vt ab oculo ꝓ illā ꝓcipiat. Sicut ergo mediante corpore pōt facere silitudinē q̄ cōprehendit ita ⁊ sine corpore. Sic aia sctā que gloriosa est hz istā potentiā. ⁊ hoc mō potuit aia moysi apparere oculis corporalibus apl̄orū sine corpis assūptione. ¶ Ad scām dubiuz rndet Ambrosi⁹. q̄ discipuli cognouerūt moysen ⁊ heliā ex habitu verbis ⁊ interna reuelatione. qui vt pie credi pōt q̄ primuz ibi apparuerūt postea ad pedes iesu humiliter ⁊ reuerenter dixerūt. Adoramus te xp̄e ⁊ bñdicim⁹ tibi qui venisti ꝓ crucē ⁊ passionē tuā redimere genus humanū. ¶ Ad tertiū Xo dubiū dicit Lucas. q̄ loquebant de excessu quē cōpleturus erat in hier'lm. Et vocat excessū passionē eius. Primo ꝓpter excedentē pauptatem quia nō habuit in cruce vbi reclinaret caput. Scō ꝓpter excedentē humilitatē ⁊ obediētiam. Tertio propter excedentē penalitatem. Quarto propter excedentem charitatē. quib⁹ virtutibus veluti quattuor gēmis exornant quattuor cornua crucis. O q̄ affabilis erat ex vtraq; pte collocutio illa. O q̄ benigna erat vox saluatoris. dum moysi ⁊ helie apostolis audientibus loquebat. Tunc petrus prorupit in mediū ⁊ dixit. dñe bonum est nos hic esse. si vis faciamus hic tria tabernacula. tibi vnū moysi vnū ⁊ helie vnuz. Et vt dicit Lucas ēt ⁊ Marcus. Nesciebat petrus quid diceret. Primo q̄ ibi ꝑpetuo esse cupiebat tanq̄ si in visione claritatis corporis xp̄i beatitudo cōsisteret cū beatitudo essentialiter consistat in visione clara ipsius diuinitatis. licet aspectus humanitatis xp̄i faciat ad premiū accidentale quo scti maxime delectant. Petrus āt in illa transfiguratione nō vidit diuinā essentiā sic paul⁹ in raptu. sed tm̄ eius humanitatē in forma gloriosa. Scō nesciebat qd diceret qz sine passione xp̄i se regnare putabat. Ideo scūs Effrem in quodā sermōe xp̄m ita introducit loquentē. Petre si hic manserim⁹ verba prophetaꝝ qs adimplebit vt illud. Foderūt man⁹ meas ⁊ pedes meos ⁊ dinumerauerūt oia ossa mea. Si hic manserim⁹ cirographū ade qs diuidet. qs debitū soluet. Si hic manserimus q̄ dixi tibi. quō fient. Ecclesia sup te quō edificabit. claues celoꝝ qs accipiet aut quē ligabis vel solues. hec ille. O q̄ suauis q̄ue iocunda erit visio diuinitatis. qñ ita delectabat corpetri aspectus humanitatis. petebat tria fieri tabernacula. vnū ꝓ xp̄o in quo ipse cohabitaret aliud ꝓ moyse in quo iacobus pmaneret. tertiū pro helia in quo morabat ioānes. O petre oblitus videris proximoꝝ tuoꝝ ⁊ oim'q scripti sunt in libro vite nō ꝓ tā paucis deus factus est hō. nō tā exiguus erit numer⁹ electorū. Sed indulgendū est tibi qz pre nimia dulcedine postulas quod fieri nō dz. Propterea ipso ita loquente. Ecce nubes lucida obūbrauit eos. Ubi ſm doctoꝝ sniam trinitas ꝓsonarū diuinaꝝ apl̄is illis fuit demonstrata. q̄ pater apparuit ibi in voce. filiꝰ in carne. ⁊ spiritus sctūs in specie nubis lucide. Quare aūt in baptismo apparuit in specie colūbe ⁊ i trāsfiguratione in specie nubis lucide. dicit Alexander in. i. fūme. Q̄ apparitio spūs scti fuit ad ostensionē plenitudinis gratie ⁊ veritatis que fuit redundans in xp̄o in baptismo. ergo apparuit in specie colūbe ꝓpter fecunditatez que attendit in colūba in quo significat fecūditas gr̄e in xp̄o ad regenerationē ⁊ sacramētoꝝ sctificationē. In trāsfiguratōe Xo apparuit in nube lucida. ad significandū plenitudinē veritatis redūdātis in xp̄o ꝓ modū doctrine. Mā plenitudo veritatis in xp̄o fuit sic̄ nubes ex q̄ generata ē pluuia doctrine. Et dr nubes illa fuisse lucida. qz de plenitudine veritatis eius accepim⁹ lumē fidei ⁊ doctrine. Hiero⁹ Xo sup matthēū dicit de petro. De frondibus āt tentoriis querebat tabernaculū. sed

nubis lucide operiꝫ vmbraculo. vt discat in re surrectione nō tegmine domoꝝ sed scti spūs gloria sanctos esse protegendos.

¶ De equalitate pris ⁊ filij demonstrata in voce quā audierūt discipuli. Capitulum.iij.

Certia sublimis ⁊ excelsa dignitas dñi ie su xpi apl'is demonstrata dr equalitatis Audierūt nāq; vocē pris dicentē. hic est filiꝰ meus dilectus in q̄ mihi bñ cōplacui ipsū audite. De hac ita scribit Petrus.ij. epl'a ca.i. Nō eni indoctas fabulas secuti notā facimꝰ vobis dñi nri iesu xpi virtutē ⁊ presentiā. sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiēs eni a deo pre gl'iā ⁊ honorē voce delapsa ad eū huiuscemōi a magnifica gl'ia. hic est filiꝰ meus dilectꝰ in quo mihi bene cōplacui ipsū audite. Et hanc vocē nos audiuimus de celo allatā cū essemus cū ipso in monte sctō. Qualis eni pr talis filius. Eternus pater eternus filius. Immensus pr imensus filius. Increatus pr increatus filius. Omipotens pater omipotens filius. Sed pro declaratione huius ptis tria sunt hic dubia declaranda.

Primū vtrum processio verbi in diuinis cōgrue dicatur generatio.

Scōm vtrū pater possit dici principiū filij.

Tertiū vtrum filius sit alius a patre.

¶ Ad primi dubij solutionē notanda sūt tria theologica documēta fm doctrinā sci Tho. i.parte.q.xxvij. Primū documentū q̄ processio in diuinis non est accipienda fm q̄ est in corporalibus vel p motū localē. vel p actionē alicuius cause in exteriorē effectū. vt calor a calefaciente in calefactū. Sed fm emanationez intelligibilē. vt pote verbi intelligibilis a dicente qō manet in ipso. Est ergo processio illa ad intra ñ ab extra. Erquo id qō ꝓcedit tali processu intelligibili. nō est diuersū ab eo a q̄ ꝓcedit. Immo q̄to pfecti⁹ ꝓcedit tanto magis est vnū cū eo a quo ꝓcedit. Manifestū est enim q̄ q̄to aliqd magis intelligiꝫ tanto cōceptio intellectualis est magis intima intelligenti ⁊ magis vnū. Mā intellectus hz boc q̄ actu intelligit fm q̄ fit vnū cū intellecto. Vñ cū diuinū intelligere sit in fine pfectionis necesse est q̄ verbū diuinū sit pfecte vnū cū eo a quo ꝓcedit absq; diuersitate. Scōm documentū q̄ noie generationis duplicit vtimur. Vno mō cōiter ad oia generabilia ⁊ corruptibilia. Et sic generatio nil aliud est q̄ mutatio de nō ee ad esse corruptioni opposita. Et vtriusq; subiectū est materia. ⁊ sic nō ponitur in diuinis. Scōo mō generatio dr ꝓprie in viuentibus. Et sic generatio significat originē alicuius viuentis a principio viuente pūcto. ⁊ hoc ꝓprie dr natiuitas. Non tñ oē hmōi dr genitū sed ꝓprie qō procedit fm rōnem filiitudinis. Vñ pilus nō habet rōnem geniti ⁊ filij. sed solum qō procedit fm rōnē filiitudinis nō cuiuscūq; Mā vermes qui generant in aialibus nō hñt rationē filiationis licet sit filitudo fm genus Sed requirit ad rationē talis generatiōis q̄ ꝓcedat fm rōnem filitudinis in natura ciusdē speciei. Sic hō ꝓcedit ab hoie. ⁊ equus ab equo. In viuentibus q̄ q̄ de potentia in actū vite ꝓcedunt. sic sunt hoies ⁊ aialia generatō vtrāq; generationē includit. Si aūt sit aliqō viuens cuius vita nō exeat de potētia in actū ꝓcessio si qua in tali inuenit excludit oīno prima rationē generatiōis. Sed pōt habere rōnem generatiōis que est ꝓpria viuentiū. Sic ergo ꝓcessio verbi in diuinis hz rōnem generatiōis. ꝓcedit eni p modū intelligibilis actionis q̄ est operatio vite ⁊ a principio cōiuncto ⁊ fm rōnem filitudinis. qz conceptio intellectus est filitudo rei intellecte ⁊ in eadē nā. qz deo idē ē intelligere ⁊ esse. Vñ ꝓcessio verbi in diuinis dr generatio ⁊ ipsū ꝓcedēs dr filius. Si aūt aliquis quereret. quare ꝓcessio verbi in telligibilis in nobis non dr generatio sicut in diuinis. Rñdet q̄ intelligere in nobis nō est ipsa substantia intellectus. vñ verbuz qō fm intelligibilē operationē ꝓcedit in nobis non eiusdē nature est cū eo a quo procedit. Jō nō proprie ⁊ cōplete cōpetit ibi rō generationis. Sed intelligere diuinū est ipsa substantia intelligentis. Quare verbū procedens procedit vt eiusdē nature subsistēs. Et pp̄ h ꝓprie dr genitū ⁊ filius. Tertiū documentū q̄ in diuinis sūt due ꝓcessiones. s. verbi ⁊ amoris. Mā ibi vt dictū est nō est processio nisi fm actionem que nō tendit in aliqō extrinsecū. sed manet in ipo agente. hmōi aūt actio in intellectuali nā est actio intellectus ⁊ actio voluntatis. ꝓcessio aūt verbi attendit fm actionē intelligibilem. fm aūt operationē voluntatis inuenit in nobis quedā alia processio. s. amoris fm quā amatū est in amante. sicut per conceptionem verbi res dicta vel intellecta est in intelligēte. Jsta aūt ꝓcessio amoris in diuinis nō dr generatio sic dicit Athanasius. Spūs sctūs a pre ⁊ filio nō factus nec creatus nec genitus. Rō

est q; hec est dña inter intellectũ ⁊ voluntatez q; intellectus sit in actu p hoc q; res intellecta est in intellectu ſm suã silitudinẽ. Voluntas ãt fit in actu nõ p hoc q; aliqua silitudo voliti sit in volente sed ex hoc q; volũtas hz quandã inclinationẽ in rẽ volitã. Processus ergo q; attendit ſm actionẽ intellectus est ſm rõnẽ silitudinis. Et iõ ꝓcedit hr̃e rõnẽ generationis q; oẽ generãs generat sibi sil'e. ꝓcessio ãt que attendit ſm actionẽ volũtatis nõ considerat ſm rationẽ silitudinis sed magis ſm rõnem mouentis ⁊ impellentis in aliquid. Et iõ qõ ꝓcedit in diuinis p modũ amoris non ꝓcedit vt genitũ vel vt filius sed magis ꝓcedit vt spũs quo noie quedã vitalis motio ⁊ impulsio designat. ꝓut aliquis ex amore dr̃ moueri vel impelli ad aliquid faciendũ. ¶ Scõm dubiũ erat vtrũ pr̃ possit dici principiuz filij. Ad hoc dicit Augusti. in. xiij. de trini. Pater est principiũ totius deitatis. Sctũs Ño Tho. i. pte. q. xxxij. dicit. Q; hoc nomen principiuz nihil aliud significat q̃ illud a quo aliquid ꝓcedit. oẽ eni a quo aliquid ꝓcedit quocũq; mõ dicimus esse principiũ. Cũ ergo pr̃ sit a quo ꝓcedit alius sequit̃ q; pr̃ sit principiũ. Sed ꝯ ꝟ triplicit̃ obijcit̃. Primo q; principiũ ⁊ causa idẽ sunt ſm phm Sed nõ dicimus pr̃em esse cãm filij ne incurram⁹ errorẽ Arrij: qui dixit filiũ ꝓcedere a pr̃e sicut effectus a cã. iõ q; esse primã eius creaturã. Et spm̃ sctũ ꝓcedere fiẽ creaturã vtriusq;. Et ſm hoc neq; filius neq; spũs sctũs esset verus deus qõ est ꝯ veritatez ⁊ fidẽ. ergo sicut nõ dicimus patrẽ esse cãm filij ita neq; principiũ. Scõo obijcit̃. q; principiũ dr̃ respectu principiati. ergo filiꝰ esset ꝓncipiatus ⁊ p ꝯsequens creatꝰ qõ est falsissimũ Tertio obijcit̃. q; hoc nomẽ principiũ a prioritate sumit̃. Sed vt ingt Athanasius. In hac trinitate nihil prius aut posterius nihil maiꝰ aut minus. ergo pr̃ nõ dz dici principiũ filij. Ad primã obiectõz rñdet sctũs Tho. q; Bre ci vtunt indifferenter in diuinis noie cãe vel noie ꝓncipij. Sz latini doctores nõ vtũt noie cãe sed solũ noie ꝓncipij. Rõ est q; principiũ est cõius q̃z cã. primus eni termin⁹ vel ẽt prima ps rei dr̃ principiũ sed nõ cã. ꝟ nomẽ g; cã videt importare diuersitatẽ substantie ⁊ dependẽtiã alicuius ab altero qõ non importat nomẽ ꝓncipij. In oibus eni cãe generibus sp inuenit̃ distantia inter cãm ⁊ illud cuiꝰ est cã ſm aliquã ꝓfectionẽ aut virtutẽ. Sz noie ꝓncipij vtimur in his que nullã hmõi differentiã hñt sed solũ ſm quendã ordinẽ. Sic̃ cũ dicimus punctũ esse principiũ linee. Vel ẽt cuz dicimus primã partẽ linee esse ꝓncipiũ linee Ad sedam obiectionẽ dicit prefat⁹ doctor. Q; apud grecos inuenit̃ de filio vel spũ sctõ dici q; principienk. Sed hoc nõ est in vsu latinoꝝ q; licet attribuamus pr̃i aliquid auctoritatis rõne principij. nihil tñ ad subiectionẽ vel minorationẽ quocũq; mõ ptinens attribuim⁹ filio vel spũi sctõ vt vitetur ois erroris occasio. Ad tertiã obiectionẽ rñdemus. q; licet ꝟ nomen principiũ q̃tũ ad illud a quo imponit̃ ad significandũ videat prioritate sũptũ. nõ tñ significat prioritatẽ sed originẽ. ¶ Tertiũ dubiũ erat vtrũ filius in diuinis sit alius a pr̃e. ⁊ arguũt quidã q; ñ. nã ſm grãmaticos Ali⁹ est relatiuũ diuersitatis substantie. si g; filius est alius a pr̃e videt q; sit a pr̃e diuersus qõ ẽ ꝯ sniam doctoꝝ. Ingt eni Aug⁹. vij. de trini. Cũ dicimus tres psonas non diuersitatez intelligere volumus. Et Ambro. in. i. de trinita. Pater ⁊ filius diuinitate vnũ sũt. nec est ibi substantie dña neq; vlla diuersitas. Et Hilarius in li. de trini. In diuinis psonis nihil est diuersũ nihil alienũ nihil separabile. g; filius non est alius a pr̃e. Verũtñ ꝟriũ videt esse. q; Aug⁹ in li. de fide ad petrũ ait. Vna est essentia pr̃is ⁊ filij ⁊ spũs sci. in qua nõ ẽ aliud pr̃ aliud filius aliud spũs sctũs. q̃uis psonaliter sit alius pr̃ alius filius alius spũs sctũs. Ad intelligendã itaq; veritatẽ dicit sctũs Tho. i. pte. q. xxxi. Q; ex verbis inordinate prolatis incurrit̃ heresis. Ideo cũ de trinitate loquimur cũ cautela ⁊ modestia est agendũ. q; vt Aug⁹ dicit in. i. de trini. Nec periculosius alicubi erratur. nec laboriosius aliqd queritur nec fructuosius inuenit̃. Oportet ãt in his q̃ de trinitate loquimur duos errores oppositos cauere. inter vtrunq; temperate procedentes. s. errorẽ Arrij. qui posuit cũ trinitate personarũ trinitatẽ substantiarũ. Et errorẽ Sabellij qui posuit cũ vnitate essentie vnitatẽ psone. Ad vitandũ ergo errorẽ vitare debemus in diuinis nomẽ diuersitatis ⁊ differentie ne tollat̃ vnitas essentie. Possumus ãt vti noie distinctionis propter oppositionẽ relatiuã. Et sic si q̃s inueniret nomẽ diuersitatis vl' dr̃e sumendũ est p distinctione. Ne ãt tollat̃ simplicitas diuine essentie. vitandũ est nomen separatõnis vel diuisionis q̃ est totius in ptes. Ne tollat̃

equalitas. vitandū est nomē disparitatis. Ne tollat similitudo. vitandū est nomē alieni vl discrepantis. Ad vitandū errorē Sabellij vitare debemus singularitatē ne tollat cōicabilitas essentie diuine. Vñ Hilarius li. de trini. Patrē t filiū singularē deū predicare sacrilegiū est. Debemus ēt vitare nomen vnici ne tollat numerus psonax. Dicimus tñ vnicum filiū qr nō sunt plures filij in diuinis. non tñ dicim⁹ vnicū deū qr pluralitas deitatis cōis est. Vitamus nomen cōfusi ne tollat ordo nature a psonis. Vñ Ambrosi⁹ li. i. de trini. Nec cōfusū est qō vnū est nec multiplex esse potest qō indifferens est. Vitandū est ēt nomē solitarij ne tollat consortiū triū psonarū. Ad argumentū Xo dicendū. q hoc nomen ali⁹ masculine sumptū importat distinctionē suppositi. vñ filius est alius a pre. s. est aliud suppositū diuine nature sicut ē alia psona t alia ypostasis. Est ergo filius alius a patre sed non diuersus neqz altenus. Quia eni in diuinis est distinctio sm psonas nō ār sm essentiā. Dici m⁹ pr est alius a filio sed nō aliud. Et econtrario dicimus q sunt vnū sed nō vnus. Equalē igit deo pri dei filiū predicamus de quo dixit vox paterna vt supradictū est. hic est filius meus. s. naturalis. Alij ār sūt adoptiui in q̄ mihi bñ cōplacui. i. in quo diuinū bñplacitum cōplebit de redēptione mūdi. Audientes ista discipuli ceciderūt in faciē suā. qr sm Hiero. sup matheū. Humana fragilitas conspectū maioris glorie nō sustinet. Ab hac ār fragilitate sanātur hoies p xm̄ eos in gloriā inducēdo. Dō significat p hoc q accessit t tetigit eos dixitqz illis. Surgite nolite timere. qui leuantes oculos neminē viderūt nisi solū iesū. e. s. q moyses t helias reducti fuerāt voluntate diuina ad loca vñ fuerant abducti. Descendentibus ār illis de monte precepit iesus ne alicui visionē dicerent donec resurgeret a mortuis filius hois. Que ꝓhibitio facta est sm doctores. ne alij audiētes xm̄ eis apparuisse i forma gloriosa scandalizarent postea videtes ipsū patitā ignominiose. Ecce q̄t modis añ t post resurrectōz suā saluator nr allicere corda hoīm ꝓcurauit ad supne felicitatis desideriuz. t tñ mortales mihi ñ nisi trāsitoria bona ista atqz terrena sūmo studio adipisci conant. Ipe dei filius deus verus t glīosus viā sūmi boni nos docuit. Ipse ad regnū celorum nos inuitauit. Ipse in sua transfiguratione tribus aplis claritatē corpis delectabilē t oi suauitate repletā videri fecit. vt spretis mūdalibus rebus sup na gaudia feruētius affectarent. Ad que nos pducat ipse qui est benedictus t laudabilis in secula seculorx. Amen.

¶ Sermo tertiusdecimus de innocentia xpi in quo confutat blasphemia eorx qui dicūt xm̄ sua culpa iudeis exosum fuisse.

DEccatū non fecit nec dolus inuētus ē in ore ei⁹. Verba sūt ꝓncipis aplorx prima sua epla ca. ij Iniqtas quorūdā hoim puersorx vsqz adeo ivaluit vt cum audiunt pijssimū saluatorē nr̄m iudeis ꝓcurātib⁹ ignominiose crucis tormētū subijsse. ñ sine ipsi⁹ culpa factū fuisse ꝓbare fateant. detestant passionis ei⁹ mysteria q ꝓ nobis dignatus est mori. Et vt ingt Petrus Tradebat iudicāti se iniuste q petā nr̄a ptulit in corpe suo sup lignū vt peccatis mortui iustitie viuamus. O bijciūt ār nobis illi neqz qō non videt verisile iudeos ita accendit ita frequenti ta hostilit ꝺ xm̄ fuisse cōmotos nisi aliqd reprehensione dignū deprehendissent. Neqz pilat⁹ ꝺ iustitiā hoiez sctm̄ veluti sedicios⁹ t reū cū sceleratis cōdēnasset ad mortez. Quā obrē vt hmōi pditissimus error penitus extinguatur decreui de innocētia xpi in h̄ sermōe disserere ꝺ stēdāqz xm̄ iesū dei t virginis filiū innocēni passū. ñ ꝓ aliqō ei⁹ petm̄ qr ab oi labe penitus fuit immunis ꝓut verba ꝓpsita dicunt in quib⁹ de innocentia xpi locuturi triplici ratione principali ꝓbare illā contendemus.

Prima ratio dr gre plenitudo.
Secunda malicie consuetudo.
Tertia exemplorx multitudo.

¶ De plenitudine gratie xpi qua illius anima fulgebat omni mundicia t sanctitate.

Capitulum. i.

PRima rō q̄ ꝓbamus innocentiā xpi dr gre plenitudo. Fuit nāqz aia eius plena gra. Vñ scribit Joannis. i. ca. Verbū caro factū ē t habitauit i nobis. Et vidim⁹ gliaz ei⁹ gliaz q̄si vnigeniti a pre plenū gre t veritatis Quare vt dixim⁹ i supiorib⁹ nec peccauit nec peccare potuit. Sciēdū tñ sm theologorx doctrinā t ꝑcipue Alexādri de ales in. iij. volūmine sūme. q in christo distinguit triplex gratia

Prima dr vnionis.
Secunda capitis.
Tertia singularis sanctitatis.

¶ Prima est gra vnionis de qua dicit Aug⁹ Maior gra nō pōt cogitari q̄z q filius hois fit filius dei. Nō huius gre est qr nō est possibile ipsi creature humane p donū cōditionis nature. q̄ eleuet t disponat ad diuinā vnionem. Et iō necessaria est ei gra que eleuet t disponat ipsā ad vnionē deitatis. hanc āt graz dicimus vnionis que in xpo fuit pfectissima fm rōnem cause finalis. Maz vltimus effect⁹ gre est nos vnire deo. Sed in alijs a xpo talis vnio fit per cognitionē t amorē. In xpo Vo nō solū p cognitionē t amorē. sed ēt in vnitate psone. vt sic idē filius qui t filius dei. t hec est maior vnio q̄ possit esse vel excogitari. Vñ iste est effectus plenissimus qui possit esse gre ¶ Scōa gra que est in xpo dr capitis fm quā est caput ecclesie ēt fm humanā naturā. Vñ ad Ephesios. i. ca. dicit aplus. Ipsū dedit caput sup oēm ecclesiaz que est corpus eius. hec Vo gra fuit in xpo plena fm rōnem cause efficientis. Mā sicut quedā luminaria pficiunt suo lumine solum t nō hñt ptātem influendi suū lumen alijs. sicut patet de carbone. Quedam Vo nō solū retinent suū lumen in se. sed ipsū influunt t illuminat alia corpora. Sicut patet de flāma. Ita gra xpi radiat ab ipso ad alios. non āt gratia in alijs sanctis. sed tm̄ pficit ipsorum aias. nec habent potestatem influendi ipsam. Et propter hoc sicut lumen in flāma dr lumen plenū. lumen Vo in carbone dr semiplenū. ita gra in xpo fm quā est caput debet dici gratia plena. In alijs Vo sanctis respectu eius gratia semiplena. Vñ Hugo in li. de sacramentis ait. Sicut spūs hois mediante capite ad mēbra descendit viuificanda. sic spūs sctūs p xpm̄ venit ad xpianos cuius plenitudo qdē exīstit i capite. pticipatio Vo i mēbris. Notandū tm̄ h q̄ influentia gre a deo est dupliciter sine medio t p medū. Sine medio xps fm q̄ deus imediate est dator gre auctoritate t i. ppria rōne efficiēt̄. p mediū xps fm q̄ hō est dator gre multis modis. Est eni mediū p modū fidei. p modū meriti. p moduz desiderij siue oronis. t p modū dispositionis Est eni xps primo mediū p modum fidei, put ipse cōsiderat in fide. Mā fides q̄ de ipso siue de deo hoie est disponit imediate aiaz ad graz imo impossibile fuit sine fide illa aliquē gratū esse deo. Propter hoc dixit pater Matth. iij. t. xvij. ca. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bñ cōplacui. Ibi glosa. i. p ipsū alij mihi placēt. Et Aug⁹. Sine fide mediatoris nullꝰ vnq̄ placuit deo. Siliter xps est quoddā mediū p modū meriti qr p passionē suā meruit a patre vt daret gra oibus credentibus in ipsū t amantibus ipsū. Adhuc p modū desiderij ē quoddā mediū. qr oibus credentib⁹ orat graz t desiderat. Vñ Joā. prima sua canonica ca. i. Aduocatū habem⁹ apud deū t patrez dñm nr̄m iesū xpm̄. Ipe q̄ ē mediū sicut aduocat⁹ t orās vt det nobis gra. Insup est mediū per modū dispositionis q̄tū ad nam. qr tota humana nā añ incarnationez erat digna odio t reprobatione p pctm̄ originale. Sed cum fuit hūana nā assūpta a filio dei in vnitate psone disponebat rōne predestinatoz ad gram dispositione cōgruitatis siue dignitatis. Sicut ergo p vnū hoiem fuit lapsa. ita p vnū hoiem deū. s. xpm̄ per vnionē cū deitate fuit disposita ad iustificatōz. ¶ Tertia gra que est in xpo dr singularis sanctitatis que fuit in eo plena fm rōnē cause formalis plene informās aiaz xpi t plenissime oēs vires eius q̄tum ad oēs actus ipsaz. qr in ipsa aia xpi est gra cognitōnis t veritat̄ oim. Et hec pficit q̄tū ad actū rōnis. Et pficit q̄tum ad actū cōcupiscibilis qui est amor bonitatis. Et ēt pficit q̄tum ad zelum irascibilis. In alijs Vo scīs licet inforet fm excellentiā ad vnū actū ñ tū ad oēs actus. Et cū in alijs sctis sit preeminentia respectu alicuius doni. In xpo tū est preeminentia respectu oium donoz. qr non hz gram ad vnū actū gre tm̄. sed ad oēs. Et hoc ē qd dicit Aug⁹. Qr accepit graz totaliter t vniuersalit. Vñ comparatio gre xpi ad gras aliorum fm plenitudinē t pfectionē est. fm q̄ cōparat figura circuli ad figuras alias angulares. Circulus eni ē capacissima figura respectu aliaz ita gra xpi capacissima est. Capax quippe est ois actus cuiuslibet virtutis qd nō est in alijs gratijs sctoz. Contra ista posset quis arguēdo dicere. Qr in xpo ñ fuit plenitudo gre. Mā in xpo hoie nō fuerūt oēs virtutes. Sed non est plenitudo gre sine plenitudie oim virtutū ergo in ipso non fuit plenissima gra. Maz in ipso nō fuit liberalitas t magnificentia qr he virtutes hñt actū suū circa diuitias quas xps ptēpsit. Scōo nō fuit in ipso tēperantia t cōtinentia. qr he sūt p̄ concupiscentias prauas q̄ i xpo ñ fuerūt. Tertio fm phm in. vij. ethi. Virtus diuidit p̄ quendā heroicū siue diuinū habitū qui attribuit hoibus diuinis. hoc autem

maxime cōuenit xp̄o. ergo ñ habuit virtutes
sed aliquid altius virtute. Mis ñdet sanctus
Tho. iij. p̄te. q. vij. ℚ fic gr̄a respicit essentiaz
aie. ita virtus respicit eius potētiā. Vñ opor
tet q̄ sicut potentie deriuant ab eius essentia
ita virtutes sint deriuatōes quedā gr̄e. Quā
to ā aliq̄ principiū est pfectius tanto magis
imprimit suos effectus. Vñ cū gr̄a xp̄i fuerit
pfectissima consequens est q̄ ex ipsa processe
rint virtutes ad pficiendū singulas potētias
aie q̄tum ad oēs aie actus. Et ita xp̄s habuit
oēs virtutes. Ad illud ℣o q̄ inducebatur ō
liberalitate. dicendū q̄ liberalitas t magnifi
centia cōmendant circa diuitias inq̄tū aliqs
nō tm̄ existimat diuitias q̄ velit eas retinere
pretermittēdo id q̄ fieri oz. Ille ā minime
diuitias extimat qui penitus eas contēnit t
abijcit propter pfectōnis amorē. Et iō in hoc
q̄ xp̄s oēs diuitias contempsit. ostendit in se
summū gradū liberalitatis t magnificentie.
licet ā liberalitatis actū exercuerit fm q̄ sibi
cōueniens erat faciendo pauperibus erogari
que sibi dabant. Ad illud ℣o q̄ tangebat de
temperantia dicit sctus Tho. ℚ licet xp̄s con
cupiscentias prauas non habuerit. ꝓpter hoc
tm̄ nō excludit quin habuerit temperantiaz. q̄
tāto pfectior est in hoie q̄to magis prauis
concupiscentijs caret. Vñ fm p̄bm. vij. ethi.
Tempatus in hoc differt a cōtinente. q̄ tēpe
ratus nō hz prauas concupiscentias quas cō
tinens patit. vñ sic accipiendo cōtinentiā sic
philosophus accipit. ex hoc ipso q̄ xp̄s habuit
oēm virtutē nō habuit continentiā que non
est virtus sed aliquid min⁹ virtute. Ad aliud
insup q̄ dicebatur de habitu heroico. Ñdet
tur. q̄ habitus ille heroicus vel diuinus non
differt a virtute cōiter dicta. nisi hz pfectiorē
modū inq̄tū. s. aliquis est dispositus ad bonū
quodā altiori mō q̄ cōmuniter oibus com
petat. Vñ per hoc non ostenditur q̄ christus
non habuit virtutes. sed q̄ habuit eas perfe
ctissime vltra cōmunē modū. sicut etiaz ℙlo
tinus posuit quendā sublimem modū virtu
tum. quas esse dicit purgati animi. Sed ad
huc dubitaꝫ de fide spe t penitentia que non
videntur fuisse in christo. Nam fides est cum
visiōe enigmatica. Christus ℣o videbat sine
enigmate. Et spes est expectatio future beati
tudinis que nō habetur. Ipse ā iam beatitu
dinē habebat t nō expectabat eā. ℙPenitētia
est virtus q̄ cōmissa cū emendatiōis ꝓpposito
plangimus t odimus q̄ xp̄o ꝓuenire nō pōt
Ñdet ad hoc Alexander de ales q̄ sūt que
dam dona gratuita cū impfectione. Quedaz
que ñ dicūt impfectionē. Fides ergo est donū
gratuitū cū impfectione. Nam assentit veri
tati quā nō videt. hoc q̄ dico assentire verita
ti pfectionis est. Sed hoc q̄ dico quā non vi
det impfectionis. Spes etiā habet summo bo
no illud expectando. Expectare impfectōnis
est. sed habere sūmo bono perfectionis. Sic
penitentia est donū gratuitū cū impfectione.
penitentia nanq̄ consistit in detestatione ma
li q̄ cōmissū est. detestatio mali dicit pfectio
nem. sed q̄ cōmissū est dicit impfectionē. Cū
ergo in ipsa gr̄a que est plena imo plenissima
sicut est gr̄a xp̄i nulla sit impfectio. patet q̄ ñ
debuerūt in ipso esse dona gr̄a cū impfectio
ne. rōne sue pfectionis. Et ꝓpter hoc nec fi
des in rōne fidei nec spes in rōne spei. nec pe
nitentia in rōne penitentie debuerunt esse in
xp̄o. q̄ sub rōnibus istis dicunt impfectionē.
Sed illud solū q̄ erat perfectū in istis donis
fuit i xp̄o. In ipso eni fuit assensus prime ve
ritati q̄ est pfectionis in fide. Sed illud q̄ ē
imperfectionis nō fuit in ipso. s. cognitio eni
gmatica. Sic iter in ipso fuit maxime q̄ est p
fectiōis in spe. s. adhesio cū summo bono. sed
non cuz illa unperfectione que est expectatio
boni q̄ non habet. Sic etiam q̄ est pfectio
nis in penitentia fuit maxime in ipso. q̄ nun
q̄ aliquis tātū potuit detestari peccatū q̄tū
ipse detestabat q̄n nunq̄ aliquis habuit tan
tam oppositionē voluntatis ad malū. Semp
ergo q̄ est perfectionis gratie t plenitudinis
est in gratia absoluta siue singularis sanctita
tis ipsius xp̄i. ergo in ipso fm pfectionez oēs
virtutes. oñes gratie gratis date t oia dona
spūs sancti. Verūtamen aliqui dubitant an
in xp̄o fuerit donū timoris. q̄ Joānes prima
sua canonica ca. iij. dicit. ℙPerfecta charitas
foras mittit timorē. pfectissima aūt charitas
fuit in xp̄o. quare videret q̄ nō fuerit in ipso
donū timoris. Contrariū tn̄ habet p Isaiam
qui ca. xi. ita dicit de xp̄o. Requiescet sup euz
spūs timoris dñi. ℙPropterea notanda sunt
verba sct̄i Tho. in. iij. parte. q. s̄. posita. vbi ait
q̄ timor respicit duo obiecta. quoz vnū ē ma
lū terribile. Aliud est ille cui⁹ ptāte malū pōt
inferri. In xp̄o fuit timor dei nō quidē fm q̄
respicit malū separationis a deo p culpā. nec
fm q̄ respicit malū punitōis p culpa. sed fm

q respicit ipsā diuinā eminētiā ꝑput.s.aia xpi quodā affectu reuerentie mouebat in deum a ispū scto acta. vñ ad Hebreos. v. ca. dr. Exauditus est pro sua reuerentia. hūc āt affectū reuerētie ad deū xps ꝑfectissime habuit plenissimē. Joānes ergo cū dicit. Q; ꝑfecta charitas foris mittit timorē. loquit de timore fm q respicit obiectū qđ est malū. Quare fm theologos fniam t veritatis doctrinā. Xpus oi virtute oiq; sanctimonia preditus fuit. Erat totus dulcis. totus modestus oibus būfaciēs t neminē iniuste ledens. Et vt inquit Jsaias liij. ca. Vulneratus est ꝓpter iniquitates nostras. t attritꝰ est ꝓpter scelera nostra.

¶ Q; non est mirandum si iudei persecuti sūt christum qui semper malefacere consueuerūt

Capitulum. ij.

Secunda rō qua probamus innocentiaz christi dr malicie cōsuetudo. ¶ Populus nanq; iudeoz paucis dūtaxat exceptis cōsueuit esse malus a generatione in generationez. Non est igit mirū si innocentē filiū virginis crucifigi ꝓcurauit. Et ne iudei cōquerant de nobis quasi vellemus ipsos falso condēnare. ꝓducamꝰ in mediū veteris testamēti scripturas que apud eos ēt oi veritate fulgere credū tur. Exod. xxxij. ca. t Deuteronom. ix. ca. dixit deus moysi. Cerno q ꝑplus iste dure ceruicis sit. Et Nume. xi. ca. Durus est murmur ꝑpli quasi dolentiū pre labore ꝺ deū. Et Numeri. xiiij. ca. quasi conqueri visus est deus dicens. Vsq; quo detrahet mihi ꝑplus iste. Et Numeri. xvi. ca. Murmurauit ois multitudo filiorum israel. Et egressa ira a dño percussi sunt quattuordecim milia hoim. Et Numeri. xxij. ca. Locutus est ꝑplus cōtra deū t ait. aia nra nauseat sup cibo isto leuissimo. Et Deutero. ix. ca. dixit moyses. Contēptistis imperiū dñi dei vri t nō credidistis ei neq; vocē eius audire voluistis sed semp fuistis rebelles. Et Judicum. ij. ca. scribit. Fecerunt filij israel malu; in cōspectu dñi t seruierunt baalim ac dimiserunt dñm deū patrū suoz q eduxerat eos de terra egypti t secuti sunt deos alienos. Et infra. Jratus dñs ꝺ israel tradidit eos in manꝰ diripientiū q ceperūt eos t vēdiderūt hostibꝰ q habitabant p girū. Et Judicū. iij. ca. Filij israel habitauerūt in medio chananei t ethei t amorrei t ueui t iebusei t fereczei t duxerunt vxores filias eoz. ipsiq; filias suas eoz filijs tradiderūt t seruierūt diis eoz fecerūtq; malū in ꝓspectu dñi t obliti sūt dei sui seruientes baalim t astaroth. Jratusq; contra isral dñs tradidit eos in manꝰ regis mesopotamie t seruierūt ei octo ānis. Et Judicū. iij. ca. Addiderūt filij israel facere malū in ꝓspectu dñi post mortem Aoth. Et tradidit illos dominus in manu Jabin regis chanaan. Et Judicū. vi. ca. Fecerūt filij israel malū in ꝓspectu dñi q tradidit eos in manu madian septē annis t oppressi sūt valde ab eis. Et Judicū. x. ca. Filij israel ꝑtis veteribus noua iūgentes fecerūt malū in ꝓspectu dñi. t seruierunt ydolis baalim t astaroth t diis syrie ac sidonis t moab t filioz amon t philistim. dimiserūtq; dñm t nō colebant eum. Contra quos iratus dñs tradidit eos in manꝰ philistinoz t filioz amon. afflictiq; sūt t vehemēt oppressi p ānos decē t octo. Et. ij. ¶ Paralipome. xxiiij. ca. ¶ Principes iuda dereliquerūt tēplū dñi seruierūtq; sculptilibꝰ. t facta est ira dei ꝺ iudā. mittebat eis ꝓphetas vt reuerterentꝫ ꝗs illi audire nolebant. Et. i. Hesdre. ix. ca. ¶ Peccauimus dñe grauiter vsq; ad die hanc t ꝓ iniqtatibꝰ nris traditi sumꝰ ipsi t reges nri t sacerdotes nri in manibus regū terraz in gladiū t in captiuitatē. Et. ij. Hesdre. ix. ca. ¶ Patres nri supbe egerūt t indurauerūt ceruices suas t nō audierūt mādata sua. Et Judith. vij. ca. ¶ Peccauimus cū pribus nris iniuste egimꝰ iniquitatē fecimꝰ. Et Jsaie. i. ca. cōquerit deus dicēs. Filios enutriui t exaltaui ipsi āt spreuerunt me Cognouit bos possessorē suū t asinus presepe dñi sui. Jsrl āt ñ cognouit me. ꝑplus me ñ intellexit. ve gēti peccatrici ꝑplo graui iniqtate semini neq; filijs sceleratz dereliquerūt dñm blasphemauerūt sctm̄ isrl abalienati sūt retrorsū. Et Jsaie. xxx. ca. ¶ Pplus ens ad iracūdiā ꝓ uocās ē t filij mēdaces filij nolētes audire legē dei. Et Jeremie. v. ca. Audi populе stulte q nō habes cor q hūres oculos nō videtis t aures nō auditis. Et Jeremie. vij. ca. Nō audierūt me ingt deus nec inclinauerūt aurē suā. Jz abierūt in prauitate cordis sui mali. Et Jeremie. xvij. ca. ¶ Populus pessimus qui nolnit audire verba mea. t Baruth. ij. ca. Mulitudo hec maruma conuertetur in minimaz. populꝰ est enim dura ceruice. Et Ezechielis. ij. ca. Filij dura ceruice t indomabili corde sunt ad quos ego mitto te. Et Ezechielis. viij. ca. Jniquitas domus israel t iuda magna est valde Quid ad hec t multo plura q̄ omittimꝰ iudei

poterunt respondere. aut quomō excusare va
lebunt iniquitatē ipsoꝝ. tot tantisqꝫ vocibus
predicatā. Sicut in quolibet tēpore erga dēū
ingratissimi sunt reperti. sic dum in propria
venit ⁊ homo factus est eum non receperunt
imo sibi vsqꝫ ad mortem fuerunt infesti. Qui
tamen obloqui adhuc de xpo presumūt. argu
untqꝫ contra nos dicentes ipsū fuisse culpabi
lem ⁊ peccatorem potissimū propter tria.
¶Primo propter offensionem.
Secundo propter violationem.
Tertio propter indignationem.
¶Primo iudei dicunt xpm fuisse culpabilez
propter offensionē. Quia predicauit iudeis. il
los offendendo. hoc āt fieri nō debuit. qm̄ vt
Augustinus dicit in libro de agone xpiano. in
hoie iesu xpo se nobis ad exemplū vite prebu
it filius dei. nos Vo debemus vitare offensio
nem nō solū fideliū sed etiam infidelium. ſm
illud. i. ad Corin. x. ca. Sine offēsiōe estote iu
deis ⁊ gentibus ⁊ ecclesie dei. Quare videtur
qꝫ ipse xps in sua doctrina vitare debuit offē
sionē iudeoꝝ. Ad hoc respondet sctūs Tho.
iij. parte. q. xlij. Qꝫ salus multitudinis est pre
ferenda paci quorūcunqꝫ singulariuꝫ bonum.
Ideo qm̄ aliqui sua peruersitate multitudinis
salutem impediūt nō est timenda coꝝ offen
sio a predicatore vel doctore. Scribe āt ⁊ pha
risei impedichant salutē populi. tum qꝛ repu
gnabant xpi doctrine p quā poterat audienti
bus esse salus. tum etiā qꝛ prauis suis moribꝫ
vitā alioꝝ corrumpebant. Et ideo dns nō ob
stante offensione coꝝ publice veritatē quā illi
odiebant ⁊ coꝝ vitia arguebat. Vñ Matth.
xv. ca. discipulis ei dicentibus. Scis qꝛ iudei
audito hoc verbo scandalizati sunt. Respō
dit. Sinite illos cecī sunt ⁊ duces cecorum. Qꝫ
Vo apl's dicat. Sine offensione estote. Rñ
dendū. Qꝫ hō sic dꝫ esse sine offensione oibus
vt nulli det suo facto vl dicto minus recto oc
casionē ruine. Si tñ de veritate scandalū ozit
vtilius scandalū nasci pmittit qm̄ veritas reli
quat. ¶Scōo iudei dicunt xpm fuisse pecca
torē ⁊ legis trāsgressorē pp violationē. qꝛ sab
bata violabat. Preceptum quippe erat vt nil
operis tūc fieret. Ipse Vo dixit languido quē
sanauit in probatica piscina vt tolleret lectuꝫ
suū. Joānis. v. ca. Et cōsensit discipulis qui i
sabbato spicas euellebant excusando eos. vt
habet Matth. xij. ca. Ergo in hoc peccauit ⁊ ꝺ
legē fecit. Ad hoc rñdet sctūs Tho. in. iij. pte.
q. xl. Qꝫ xps in oibus ſm legis precepta cōuer
satus est. in cuius signū etiā voluit circūcidi.
circūcisio enī est quedā ꝓtestatio legis inplē
de. Qꝫ āt curauit in sabbato languidū cui di
xit vt tolleret lectū suū nō fuit ꝺ legē. ¶Primo
qꝛ p preceptū de sanctificatione sabbati non
interdicit opus diuinū sed humanū. Quāuis
enī deus die septima cessauerit a nouis creatu
ris cōdendis. q̄tū ad earū principia. semp tñ
opatur in rerū cōseruatione ⁊ gubernatione.
Itaqꝫ miracula que xps faciebat in sabbato
nō erant opa humana sed diuina. Vñ ipse di
xit Joānis. v. ca. Pater meꝰ operat vsqꝫ mō
⁊ ego operor. Scōo xps nō fecit ꝺ legē. qꝛ illo
precepto de sabbato sctificādo nō, phibentur
opera que sunt de necessitate salutis corpalis
Vñ Luce. xiij. ca. dixit. Vnusqsqꝫ vrm nō sol
uet sabbato bouē suū aut asinū a psepio ⁊ du
cit adaquare? Et infra. xiiij. ca. Cuius vestruꝫ
asinus aut bos in puteū cadit ⁊ nō ꝓtinuo ex
trahet illū die sabbati. Manifestū est autē qꝫ
opa miraculosa que xps faciebat ad salutem
corporis ⁊ aīe ptinebant. Tertio nō fuit legis
transgressor xps qm̄ illo precepto nō, phibent
opa q̄ ptinēt ad dei cultuꝫ. Vñ dixit Matth.
xij. An nō legistis in lege quia sabbatis sacer
dotes in tēplo sabbatū violant. ⁊ sine crimine
sūt. Et Joānis. vij. ca. dixit. Circūcisionē hō
accipit i sabbato. Qꝫ āt xps palitico mādauit
vt lectū suū sabbato portaret ad cultū dei pti
nebat. i. ad laudē virtutis diuine. falso g obij
ciebant iudei dicentes Joānis. ir. ca. Non est
hic homo a deo qui sabbatū nō custodit. Sili
ter discipuli nō fecerūt ꝺ legē cū spicas colle
gerunt in sabbato qꝛ sic facere coegit illos ne
cessitas. ꝓpterea iudeis murmurantibus re
spōdit xps. An nō legistis qd fecerit dauid qñ
esurijt ⁊ qui cū eo erant. Quō intrauit in do
mū dei ⁊ panes propositionis comedit. licet i
beatam: vt vbi volet spiritus ibi erit ptinus corpus: licet ergo ascēdere sursum sit ꝓtra naturā humani corporis scōm statū presentis vite tñ nō erit ꝫ naturā corporis gloriosi cui⁹ tota natura erit oio subiecta spiritui. Tertia difficultas est An corpus xpi ⁊ qōcūqz gloriosū possit localiter moueri in instāti.cū in tali motu operet uirtus diuina. Ad ꝟ rñdet Alexāder ⁊ Tho. q licet virtus diuina sit infinita q̄ztū est ex parte operantis. tamen effectus illi⁹ virtutis recipitur in rebus ſm capacitatem earū ⁊ dispositionē. Corpus aūt non est capax ut in instāti localiter moueat quia oportet q cōmisceat se spatio ſm cui⁹ diuisionē dividit tēpus vt dr. vj. phisicorū Verūtñ licet corpus xpi nō fuerit motū in instāti de terra ad celū nihilominus motus ille fuit satis velox atqz festin⁹ dū eadē dic de terra euolauit ad ēpirreū. qō est supra oēs celos. Refert enī Rabi moyses maximus phūs. q glibet circulus cuiuslibet plane te habet tātū spatiū q̄ztū posset aliqs ire ō via plana in quingentis annis. Et distantia inter celū ⁊ celum. i. inter circulū ⁊ circulū est similiter vt dicit via quingento⁊ annorū. ⁊ ideo cum sint septē celi erit ſm ipsū a cētro terre usqz ad cōcauū celi saturni qō est septimum celum via multo⁊ miliū anno⁊. i. tātū spatiū q̄ztū de uia plana aliquis iret in multis milib⁹ annis si tātum viueret: ita tñ q iter vnus cuiuslibet dici sint quadraginta miliaria. Ꝺō si uerum est non uit deus. Clarū tñ cē pōt q satis longa distantia ē a terra usqz ad celū empirreū quia corpora celestia sol ⁊ luna cū excedant in quātitate oīa elemēta tñ ita pua uidenť ¶ Secūdo ascendit xps magnifice cū tripudio ⁊ lētitia angelorū. Si enī beatissimi spūs illi alios sanctos ad celū euntes cuz exultatione recipiunt. q̄zto magis regi regū sese oēs obsequiosos reuerentissimos ac iocūdissimos exhibuerūt. Ex illis uti qz fuerūt duo illi de quibus ditimus in primo misterio: q astiterunt iurta discipulos in vestibus albis. Sed hoc loco interponēdam duco Bregorij sententiā qui in omelia iquit. Querendū est qdnā sit q nato dño angeli apparuerunt ⁊ tñ nō leguntur in vestibus albis apparuisse. Ascendente aūt missi angeli in albis vestibus legunť aparuisse: In albis vestibus gaudiū ⁊ solennitas mētis attendiť. quia magna tunc solennitas angelis facta est cū celū deus hō penetrauit. Quia nascente dño videbatur diuinitas humiliata: ascendēte uero ē humanitas exaltata. Albe eteni vestes exaltationi magis congruūt q̄ꝫ humiliationi. In ascensione ergo eius angeli i albis vestibus videri debuerūt. qa q in humanitate sua apparuit deus humilis in ascēsione sua ostensus est deus sublimis. hec ille. Ad triūphum iam xpi redeamus ⁊ cogitemus q̄ꝫ stupendum q̄ꝫqz mirabile fuit spectaculum illud: qñ cū glorificata carne sua regna celestia penetrauit: Superauerat hostes terruerat demones: ⁊ ꝑdam innumerabiliū sanctorū eduxerat de inferno: ꝑstrauerat mortē quā sua morte destruxit: ⁊ ad patris dextrā sessurus ꝑficisceba. Nō talis nec tantus fuit illo⁊ triūphus quo⁊ historia romana meminit quia iam perijt memoria co⁊ cū somtu: sz ihs xps in eternū permanet. Rem grandē plerīqz putant dū legunt uel audiūt: q Cesar post tot victorias ⁊ finem bello⁊ ciuiliū mortemqz Pompei: dū redijt ad urbē ſm Suetonium vno mense sed interiectis diēb⁹ quinquies triū phauit. Primo de Gallia ⁊ britānia. Secundo de egypto. Tertio ō farnate ⁊ ponto. Quarto ō iuba ⁊ africa. Qinto ⁊ vltimo ō hispania Alii nō sine maxima uoluptate cōmemorant que ō q̄ꝫpluribus ad co⁊ laudē cōscripta sunt que ob reipublice libertatem: hostes rebelleſqz Romano⁊ domuerūt. Scribit nanqz Plinius in libro de viris illustribus. ⁊ Eutropius li. iij. q Arilius metellus dictus macedonicus a deuicta macedonia philippū macedonie regē circa tempora quibus carthago euersa est durit ad vrbē: ⁊ triumphās ante currum vinctū trahi fecit. Metellus filius eius dict⁹ creticus secundū Orosiū ⁊ Eutropiū quia Cretā romano populo subiugauit: reuersus romā triumphauit. Papirius qui lucius papirius cursor ſm Titūliuium quia samnitū duriciā pcliis fregit ⁊ adeo clare cuncta gessit q Eutropius ⁊ Orosius dicant q romani hūc Alexandro magno ducē parē cē putabant si asia domita in Europā arma tēptasset. Romā rediēs post debellatos hostes triūphauit. Papirius filius eius consul adhuc ō samnites qui Aquloniā ciuitatē co⁊ cepit expugnauitqz aliā ciuitatē illo⁊ fortissimā ꝼz Titūliuiū: post romā rediēs triūphauit. Octauianus ut refert Orosius ⁊ Eutropius victor rediens ab oriente cū triplici triūpho vrbē ingressus tunc primū qz rēpublicā auxerat: Augustus salutatus est pro bus impator ſm Rufinum in annalibus romano⁊uz qui vicit Alamanos: germanos: go-

thos ⁊ sarmathas. ob qđ electus fuit impator postq̃z supauit bello ℙroculū ⁊ Bonosū. ꝺs ipe duces miserat ad ꝓsidiū galliarū. at illi imperatores se dixerant pacata ꝓuincia ⁊ occisis illis in ꝓlio romā rediens quinq̃z diebus gloriose triūphauit. Maz inter alia spectacula qđ nunq̃z prius factū fuerat totū circū in specient silue fecit cōseri arboribꝰ ac per diuersos aditus structiones mille. ceruos mille. Apros mille. Leones centū. centū q̃z libicos immisit leopardos. ⁊ q̃tquot alias vivas feras habere potuit ⁊ omnia concessit diripieda populo. Scipio africanus vt ponit Titus liuius post victū hannibalem domitāq̃z Carthaginem: vbi romam attigit triūpho omniū clarissimo capitolium honestauit quē sequebantur captiui omnes romani qui ad quattuor milia erāt de manibus hostium liberati. Scipio frater eius post multa per cuz feliciter gesta domita asia quare vt scribit ℙlinius libro de viris illustribus asiaticus dictus est triūphauit. Cuius triumphus oculoꝝ spectaculo maior q̃z affricani fuit. Mā portauit consul triumphans ducenta viginti quattuor signa militaria hostiuz simulacra: captorum hostium: oppidorū ⁊ vbiū centum triginta quattuor. Aurcas coronas ducentas triginta quattuor. Vasa aurea ⁊ argētea numero infinita. principes vbium ⁊ duces trecentos viginti sex cū quibus ⁊ adolescentem filiū Antiochi pretulit ante se: fuerunt ⁊ alij quibus triumphi gloria concessa fuit quos omittim⁹ ne tedio auditores afficiamus. Illud tñ sciendum q⁹ triumphus erat honor maximus qui dari poterat a romanis. nam erat triplex notabilis leticia triumphātis. Erat prima q⁹ cum ad vrbem triumphalis ciuis rediret ei cum effusa leticia occurrebat popul⁹ vniversus. Erat scda leticia q⁹ triūphantis curruz ꝑcedebant manibus post terga ligatis captiui omnes. Tertia leticia erat maxima: quando triumphans lauro coronatus indutus aurea veste ascendebat curruz aurcum triumphalē tractū a quattuor albis equis. Sicq̃z dux pompaticius preeunte senatu i capitolio: albos thauros sacrificabat ioui. multaq̃z alia fiebant ad gloriam ducis triumphantis. Attamen omnia illa vana fuerūt frivola ⁊ transitoria ludisq̃z puerorum comparanda. Erigamus ergo mentis nostre oculos ad regem regum beatorum ducē invictissimū iesum xp̃m ascendentem ad celos. ⁊ ꝓsidrem⁹ cū quali milicia celū ingredit ⁊ quot innumeri angeli ei ꝓcedunt obuiam. quātaq̃z sit in celis cōmotio. O festū trāscendēs oēm exaltationē sublimē ⁊ gloriā quoꝝcunq̃z impatoꝝ ⁊ regū qui fuerunt ab initio mundi ⁊ qui erunt vsq̃z in finē. Ducebat xp̃s secū oēs animas sctās quas eduxerat de inferno. q⁹ nulla ante ipsum ad empirreū puenerat. ducebat ⁊ sanctos resuscitatos q in corpe ⁊ anima ip̃m feliciter sequebantur. Ducebat insup ⁊ alias coꝝ iustoꝝ ⁊ paruuloꝝ fideliū q̃ in his quadraginta diebus ꝓ ꝓpijs corporibꝰ per mortem discesserāt. de quibus omnibꝰ aliquj tenēt q⁹ a resurrectione xp̃i vsq̃z ad ascensionē ei⁹ fuerunt in paradiso terrestri. Alij vero aliter opinant. s. q⁹ xp̃m associabāt inuisibiliter in ꝟ mūdo cū hymnis et laudibus. Et vtrūq̃z est possibile licet nō sit auctoritate firmatū. Ibi nō erat opus curru quē equi traherent: Vbi corpus q̃druplici dote claritatis agilitatis ipassibilitatis ⁊ subtilitatis p semetipm mirabiliter ferebaf in celum. Et qñ dicit q⁹ nubes suscepit cū ab oculis coꝝ. intelligendū ē fm omes doctores. q⁹ nubes illa nō ꝓbuit adminiculū xp̃o ascēdenti p modū vehiculi. ſz apparuit in signū diuinitatis. ſz q⁹ glia dñi apparebat sup tabernaculū in nube. puto aūt nubē illā fuisse lucidā aspectu decorā: angelico ministerio formatā: ⁊ ad xp̃m reuerētissime ꝓductā. Mā ⁊ nubes illa de qua dicit numeri. ix. ca. q⁹ operuit tabernaculū ⁊ fm q⁹ movebaf vel stabat ita facicbāt filij isrl. movebaf angelico ꝓsidio. vt ingt Michola⁹ de lira. Nubes insup in qua spūs sctūs apparuit in transfiguratione xp̃i lucida fuit. vt scribit matthei. xvij. ca. ¶ Tertio xp̃s ascēdit patēter. q⁹ voluit a discipulis videri in manifesto. Vbi aducrtēdum q⁹ ipa die ascēsionis bis apparuit discipulis. ℙrimo apparuit undecim apostolis recūbentibꝰ in cenaculo: oēs cni tā apli q̃z alij discipli necnō ⁊ mulieres habitabāt in illa pte birlim q̃ dicebaf mello. s. in monte syon. vbi david cōstruxerat sibi palatiū ⁊ erat ibi cenaculū grāde stratū in q̃ dñs ꝑcepit sibi parari pasca. Et in illo cenaculo tūc xp̃iani apli habitabāt. Ceteri aūt discipli ⁊ mlieres habitabāt circū quaq̃z p diuersa hospitia. Cū ergo in isto cenaculo comederēt dñs eis apparuit ⁊ exprobrauit incredulitatē illoꝝ ⁊ duritiā cordis: ⁊ officiū ꝓdicādi cōmisit ⁊ formā baptismi instituit atq̃z gram miraculoꝝ contulit: vt ꝓz Marci ⁊ matth. vltimo ca. Deinde fuit cū eis familiarissime pransus. vt dr Actuū. j. ca. vt p effectū

domestiōis ſm Brego. veritas pateſceret cor nis. Et in his omnib⁹ credendū ē matrē ſuam ſanctiſſimā affuiſſe. Mā vt habet Actuū.j.ca. Poſtq̄ xp̄s aſcēdit reuerſi ſunt diſcipli in do mum vbi manebāt cū mulierib⁹ t mr̄e ihesu et fratrib⁹ ei⁹. Iſta aūt regreſſio denotat q̄ inde erierāt. Refectiōe aūt cōpleta p̄cepit eis vt in montē oliueti verſus bethaniā irent. Alig di cunt q̄ xp̄s iuit cū eis:ex eo q̄ lucas ait. Edu rit illos foras in bethaniā. Alig vero tenēt q̄ poſtq̄ dixit vt irēt ad montē oliueti diſparuit ab eis:t itex in mōte apparuit. Erat aūt mōs ille ſm Nicholaū de lira ex hierlm in via cūdi Ihesus bethaniā. Ibi aliq̄diu ſtetit xp̄s cū bñ dicta mr̄e t diſcipulis ſuis ſicut amici valefa ciētes ſolent figere gradū. Ibi diſcipulos do cuit q̄ nō erat cox noſſe tēpora vel momenta q̄ pater poſuit in ſua ptāte:cū peterēt. Si in il lo tpe reſtituendū eēt regnū iſrl. Ibi p̄cepit eis ne diſcederēt a hierlm quouſq̄ reciperēt ſpm ſanctū: Ibi tandē poſt multa blanda t cōſola toria verba bñdixit eis. Die quidē contēplari poſſumus q̄ dū diriſſet O mater mea bñdicta O genitrix ſuauiſſima O dilecti mei diſcipuli Ecce completa ſunt oīa. Tēpus ē vt reuer tar ad eū qui me miſit. Igit ſuſcipite bñdictio nez meā q̄ oīes cadētes in terrā adorauerūt eū t bñdictione accepta genua tenebāt in ter ram defixa: aſpiciebāt q̄ faciem in quā angeli deſiderant p̄ſpicere. At ihesus ad orientē reſpi ciēs forte ingeminādo bñdicta ſis mater mea bened cti vos diſcipuli mei:eleuatis manibus paulati paulatim ferebat in celū. O noua p̄di gia: O miracula inaudita. Ille q̄ de virgine na tus mortē tulit abiectiſſime crucis non ſolum ſurrexit a mortuis t ſuā reſurrectionē ſignis euidētiſſimis cōprobauit. Sz poſt hec omnia palā t hora nona vt credit viſibiliter a mōte oliueti ad celos progredit. Currite gentes vn diq̄ t adorate illū q̄ ē rex regū t dns dñantiū Poſtq̄ vero videri amplⁱ nō potuit regreſſi ſunt apli t ceteri in hierlm laudātes t bñdicē tes deum in gaudio t letitia. Amen.

¶Sermo vigeſimus de ſpū ſctō q̄ miſſus eſt apoſtolis in ſigno viſibili ignea⁹ linguarum.

Spiritus ſctūs quē

mittet pater i noīe meo ille vos do cebit oīa. Verba ſunt redemptoris nr̄i originaliter iohānis. xiiij. ca. t in euāgelio p̄ſentis ſolēnitatis. Ampliſſimū donū hodierna die collatū fuit humano gene ri cū ſpūs ſctūs viſibiliter miſſus ē in apl̄os fun datores militātis eccl̄ie. Per illos enī in xp̄m credidit mūdus. Per ipos deleta fuit penitus t extincta pernicies idolatrie: q̄ oēs q̄ſi popu los inuolucbat:p ipſos deniq̄ via regni celox mortalib⁹ facta fuit nota. Tanta quippe virtu te ex alto p̄diti ſpū ſctō cooperāte fuere vt ſic pſalmiſta refert. In omnē terraz exiuit ſonus eox:cū fructu t vtilitate omniū gentiū,atq̄ in fines orbis terre verba eorum. Propterea vt tāti miraculi memores ē poſſim⁹ in p̄ſti ſer mone de ſpū ſctō in apl̄os miſſo erim⁹ verba facturi:de q̄ tria ꝓponim⁹ myſteria ptēplāda. Primum dicitur cognitionis.

Scōm miſſionis.

Tertium operationis.

¶Ex vi nature ſpūs ſcūs ñ ē cognoſcibilis: ſz tm̄ p reuelationē:t q̄liter ſpūs ſctūs ē de⁹ ꝓcedens a p̄re t filio ipis coeq̄lis. Capitulum.j.

Primū myſteriū cōtēplandū de ſpū ſan cto dicit cognitiōis In q̄ notāde ſunt tres theologox veritates. Prima q̄ nullⁱ⁹ via tor pōt cognoſcere ꝓpria vi nature tertiā pſo nam in diuinis quā dicim⁹ ſpm ſctm̄. Vñ hi larⁱ⁹ in li. de trini. ait. Mō putet hō ſua intelli gentia ſacramentū generatiōis t ꝓceſſiōis ſe poſſe ꝓſeq. Et Dionyſius in li. de diuinis. no. Mō eſt audendū dicere aliquid nec cogitare de ſupſubſtantiali occulta diuinitate ꝑter ea q̄ di uinitus nobis ex ſacris eloquijs ſunt expreſſa. Et de h̄ paul⁹ prime ad Corinthios ca.ij. dixit. Loquimur dei ſapientiā quā nemo p̄ncipū huius ſeculi nouit.s.phox ſcōm glo. Scōa ve ritas q̄ nobis reuelatū eſt in diuinis eſſe tertiā pſonā ꝓcedentē p modū amoris que dicit ſpiritus ſanct⁹. Mā in veteri ac in nouo teſta mento fit mentio de ſpū dei. Vñ Bened.j.ca. dicitur. Spirit⁹ dñi ferebat ſup aq̄s. Et. vj. ca. Mō ꝑmanebit ſpirit⁹ me⁹ in homine. Et. xlj. Numquid inuenire poterim⁹ talē virū q̄ ſpiri tu dei plen⁹ ſit. Et Judicū. iij. ca. Fuit i eo ſpi ritus dñi t iudicauit iſrl. Et. xi. ca. Fact⁹ ē ſup Jepte ſpūs dñi. Et primi Regū. x. ca. Inſiluit ſuper ſaulem ſpiritus domini t prophetauit. Et ꝑs. xxxij. Verbo domini celi firmati ſunt: t ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Et ꝑs. l. Spiritum ſanctū tuum ne auferas a me. Et ꝑs. ciij. Emitte ſpiritum tuū t creabuntur. Et ꝑs. centeſimo. xlij. Spiritus tuus bonus dedu cet me in terraz rectā. Et Sapiētie primo ca.

Spūs dñi replevit orbē terrarū. Et .xij.ca. Quā bonus ⁊ suauis ē spūs tuus in nobis. Et Isaie.xj.ca. Requiescet sup eum spūs dñi. Et xlj.ca. Dedi spiritū meū super eū. Et.xlvij.ca. dūs misit me ⁊ spūs eius. Et .lxj.ca. Spiritus dñi super me. Et Joelis.ij.ca. Effūdam spiritū meum ⁊ dabo prodigia in celo ⁊ in terra. Eodē ca. Effundā spūm meū sup omnē carnē ⁊ ꝓphetabunt filij vestri ⁊ filie vestre. Et Mat thei p̄ ca. Inuenta est in vtero habens ō spiritu sancto. Et .ij.ca. Baptiçabit vos spiritu sācto. Et.xij.ca. Qui dixerit verbū ꝯ spiritū sanctū non remittet ei. ⁊ vltimo ca. Euntes docete gentes baptiçātes in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. Et Luce p̄ ca. Spiritu sctō replebit er vtero matris sue. Eodē ca. Spiritus sanctus superueniet in te. Eodē ca. Repleta est spiritu sancto elisabeth. Et .ij.ca. Spūs sanctus erat in eo. Et iij.ca. Descendit spūs sanctus corporali specie sicut columba in ipsū. Et Johannis.xx.ca. Accipite spiritū sanctū. Et Actuum p̄ ca. Accipietis virtutem superuenientis spūs sancti in vos. Et.ij.ca. Repleti sunt oēs spiritu sancto. Et.x.ca. In nationes gratia spiritus sācti effusa est. Et.vj.ca. Elegerunt stephanū plenū fide ⁊ spiritu sancto. Et .viij.ca. Imponebant manus super illos ⁊ accipiebant spiritū sanctū. Et ad Romanos.v.ca. Charitas dei diffusa est ī cordibus vestris p̄ spiritū sanctum. Et secūda petri p̄ ca. Spū sancto inspirati locuti sunt sancti dei hoies. Et iohes prime suc canonice. v.ca. Tres sūt qui testimoniū dant in celo pater uerbū ⁊ spiritus sanctus. ¶ Tertia veritas q̄ spiritus accipit multipliciter. ℣Primo ꝑ substantia aie. vnde Actuū. vij.ca. Dñe ibu accipe spiritum meum. Et iobis.xix. In manus tuas dñe cōmēdo spiritū meū. Secundo accipitur ꝑ vento ut ibi iobis.iij.ca. Spūs vbi vult spirat. Tertio ꝑ aere ut in p̄s. Os meū aperui ⁊ attraxi spiritū. Quarto ꝑ āgelo ut ī p̄s. Qui facis angelos tuos spūs. Quinto ꝑ deo. Jobis iiij.ca. Spūs ē deus. Sexto ꝑ tertia p̄sona ī trinitate: Sed aduertendū ſm Bonauen. in p̄ di.x.q̄ spūs ī substantia spirituali dr̄ dupliciter scilicet a spiritualitate ꝯ corpulentiā. Et sic substantia rationalis vl̄ intellectualis aut eius potentia interior dr̄ spūs. Vel a spiratione ⁊ sic amor vel affectus dr̄ spūs. ℣Primo modo cōuenit tori trinitati: ⁊ sic est nomē absolutū. Secundo modo ꝓuenit illi psone que ꝓcedit vt amor. Spirari.n. in spūalibus est solius amoris. Et qñ amor pōt spirari recte ⁊ ordinate ⁊ sic est purus: vel indirecte ⁊ īmunde. ⁊ sic est libidinosus. Jdeo illa psona q̄ ē amor nō tñ dr̄ spūs ſz spūs scūs. Mō sic filius dr̄ scūs q̄ generatio ē mor naturalis circa quē ñ attēdit̄ sanctitas vel puritas: sicut attēdit̄ circa amorē voluntatis. Albertus aūt in cōpendio theologie dicit q̄ spūs scūs multa habet noia. Dicit̄. n. spūs a spirando actiue eo q̄ spiret vbi vult. Et sic ꝓuenit tribus psonis: sed spiritus scō per appropriationē. Alio mō dr̄ spūs a spirando passiue eo q̄ spirat̄. Et hoc mō ꝓprium est spiritui scō qui procedit per modū spirationis. non solū aūt dicit̄ spūs ſz addit̄ scūs quia sanctus idē est q̄ mūdus vel firmus vel sine terra Que cōueniunt nō solum ei quo ad se sed in comparatione quo ad nos. Nā per gratiā spūs sancti a peccatis mundamur. in bono firmamur a terrenis seperamur. Insuper spiritus sanctus vocatur nexus vnitas ⁊ amplexus. ⁊ hoc ꝓut cōparatur ad patrē ⁊ filiū: Itē dicitur donū dei altissimi. quia omne donū ab ipso fluit Dicit̄ fons viuus quia sitientibus gratiam largitur Dicitur ignis quia affectū accendit. Dicit̄ charitas nō solū quia ē amor patris ⁊ filij: sed ga nos amantes facit. Dicit̄ spiritalis vnctio. ga omnes tribulationes mūdanas suaues facit ⁊ iocūdas. ſz illud. In labore reqes ī estu tēperies. Dicitur dextre dei digitus. q̄ sicut omnes corporales res digito demonstrant̄. ita per spiritū sanctū oñdunt̄ res spirituales oculo spirituali. Dicit̄ paraclitus quia consolationes celestes mentibus instillat. Dicit̄ magistroꝝ optimus. q̄ intellectū ad cognitionē dei ⁊ sui ipius illuminat. Est itaq̄ spiritus sanctus ut colligitur ex dictis Augustini in li. de trini. deus tertia persona in trinitate ꝓducta a patre ⁊ filio per modū voluntatis: Deus nāq̄ ē sume simplex ut ꝑz.xij.methaphi. vbi phūs dicit: q̄ deus ē actus purissimus absq̄ aliqua cōpositione. ergo oñe qđ est in deo est de⁹. Et per ꝓsequēs scientia sapientia intellectus cognitio volūtas ⁊ amor dei est deus. Constat aūt q̄ spiritus sāctus est amor patris ad filiū: Deus eni pater p intellectū suum cognoscit essentiā suā cē infinite bonitatis: ergo eque amat amore infinito Sicut ergo qua se ipsū cognoscit cognitio est filius. ita amor quo se ipsū amat est spiritus sāctus. Sed contra predicta tres inueniunt̄ hereticoꝝ opiniones damnate. ℣Prima fuit opinio Arrij q̄ ut dicit scūs Tho. in.iiij. sume contra

gentiles ca.xvj. docuit filiū ⁊ spiritū sanctum ee creaturas: filiū tn maiorē spū sancto: ⁊ filiū minorē patre: quē errorē quātū ad spiritū scm secutus ē Macedoni⁹ q de pfe ⁊ filio recte sen sit: q vnius ciusdē substātie sint. Sz h de spū sco credere noluit creaturā ee ptestans. Vnde qdā Macedonianos scmi arrianos vocat: eo q cū arrianis in pte conuiūt ⁊ in pte differunt ab eisdē. Quos tn oēs puicim⁹ testimonio scri pturax sanctax: ex qbus verissime colligimus q spiritus sctus ē de⁹. Nā nulli tepluz pstruit ⁊ pfecrat nisi deo: vñ in ps. dicit. Dns in tēplo sancto suo. Sz tepluz deputat spiritui sco. Dic eni apl⁹ pme ad Corinthios. vj. ca. An nescit⁊ qñ membra vra tepluz sunt spūs sti: g spūs san ctus ē de⁹. Insup pzehēdere oia pfunda dei nō ē alicui⁹ creature: sz spūs sctus pzehendit oia pfunda dei igit nō ē creatura: dr eni pme ad Corinthios. ij. ca. Quc dei sūt nemo cogno uit nisi spūs dei. Itē de⁹ locut⁹ ē p pphas: vñ Numeri. xij. ca. scribit. Si qs fuerit iter vos p pheta dñi in visiōe apparebo ei vel p somniū loquar: ad illū. Sz spūs sctus locutus ē p pphe tas: g ē de⁹. Nā Actuū pmo scribit. Oportet impleri scripturā quā pdixit spūs sctus per os dauid. Et fa'ſDetri. j. ca. Spū sctō ispirati locu ti sunt sancti dei hoies. Itē interi⁹ docere pro pnū opus dei ē. vñ in ps. Qui docet hoiem scie tiam. Sz h est opus spūs sti: g est de⁹. Nā ioā nis. xiij. ca. dicit. ſParaclitus aūt spūs sanct⁹ quē mittet pr in noīe meo ille vos docebit oia Adhuc Quox ē cadē opatio oportet eandē ee naturā: ē aūt cadē opatio filij ⁊ spūs sti: nam xps loquit in scis. Jō paulus fe ad Corinthios vlti. ca. dicebat An experimentū queritis ci⁹ q in me loquit xps. Spūs scūs etiā loquit: iuxt illud Matth. x. ca. Nō eni vos estis q loquimini sz spūs pris vestri q loquit in vobis. Ergo cadez est natura filij ⁊ spūs sancti ⁊ p pseques patris Amplius Esse vbiqz ē ppriuz dei q dicit Jere mie. xxiij. ca. Celū ⁊ terrā ego impleo: hoc spiri tui sco puenit fz illud Sapietie pmo ca. Spūs dñi repleuit orbē terrax: ergo ē de⁹. ſPreterea Actuū. v. ca. petrus dixit. Anania cur tēptauit satbanas cor tuū mētiri te spūi sco. Et postea subdit. Nō es mentit⁹ hoibus sz deo: g spirit⁹ sctus ē de⁹. ſPaul⁹ etiā in pma ad Corinthios ca. xij. ita scribit. Nemo pōt dicere dns iesus nisi in spū sancto: divisiones xo gratiax sūt. idē aūt spūs. Et divisiones ministrationū sūt. idē aūt dns. Et divisiones opationū sunt: idez xo deus q operat oia in oibus. Unicuiqz aūt dat manifestatio spūs ad vtilitatē. Alij quidez p spiritū dat pmo sapietie. Alij aūt pmo scien tie sm eundem spiritū. Alteri fides in eodem spiritu. Alij gratia sanitatum in vno spiritu. Alij opatio virtutū. Alij pphetia. Alij discre tio spirituū. Alij genera linguax. Alij interpre tatio sermonū. Hec aūt oia opatur vnus atqz idē spūs dividēs singulis put vult. In quibus verbis manifeste exprmit spiritū sanctū ee deū Secūda opinio dānata de spū sancto q nō pcedit a filio sz a solo patre. Quc sm Tho. pma pte. q. xxxvj. inuenta fuit a Nestorianis vt pz in quodā simbolo damnato ab Ephesina sino do. ſPropterea in simbolo patrum dicit. Et in spm sctm dnm ⁊ viuificantē q ex patre filioqz pcedit. Athanasius etiaz hoc retulit cū dixit. Spūs sanctus a patre ⁊ filio nō fact⁹ nec cre atus nec genitus sz pcedens. Idipm pfitetur Cirillus in epla sua quā sinodus calcedonēsis recepit. Idē fatet didimus in libro de spū sctō Augustinus etiā sic asserit sup ioānem. ⁊ in li bris de trini. Sz greci ꝯ hoc instāt. ſPrimo q xps de spū sctō loquēs cū a patre pcedere di xit: nulla mentione facta de filio. vñ ioannis xv. ait. Cū venerit paraclitus quē ego mittam vobis a patre spm veritatis q a patre pcedit.

Secūdo q: ioānes Damascenus dicit. Spiri tum sanctū ex patre dicimus ⁊ spm patris no minam⁹. Ex filio aūt spm nō dicim⁹: spm xo filij noīamus. Tertio spūs sanctus pfecte pce dit a pfe ergo supfluū est q pcedat a filio. Sz ad pmum respondet sanct⁹ Tho. prima pte. q. xxxvj. ⁊ in. iij. summe ꝯ gentiles ca. xxv. Q⁹ p pter vnitatē ētie qd in scripturis de vna p sona dicit de alia oportet itelligi nisi repugnet pprietati psonali ipius: etiā si dictio exclusiua adderetur: sz eni dicat Matthei. xj. ca. Nemo nouit filiū nisi pater: nō tn a cognitiōe filij vl ipe fili⁹ vl spūs scūs excludit. Vñ et si diceret in cuāgelio q spiritus sanct⁹ nō pcedit nisi a patre nō per hoc remouētur quin pcederet a filio: cū hoc pprietati filij non repugnet. Nec est mirū si dns spiritū sanctū a patre pcedere dixit de se mentionc non facta: quia oia ad pa trem referre solet a quo habet quicquid ha bet. Sicut cū dicit Joānis. vij. ca. Mea doctri na non est mea sed ei⁹ qui misit me patris. Et multa huiusmodi in verbis dñi inueniuntur ad cōmendandā in patre auctoritatē pncipij nec tn in verbis allegatis omnino obticuit ee

se spiritus sancti principiū. Cum dixit eū spm veritatis t se pus dixerat veritatē. Preterea spūs scūs a filio mittit scm illud Joānis.xv. ca. Cū venerit paraclit⁹ quē ego mittā vobis: sz mittēs auctoritatē hz aliquā in missū. Oportet ergo dicere q fili⁹ habeat aliquā auctoritatem respectu spiritus sancti:non aūt dominij vel maioritatis:sz scōm solū originē. Sigs aūt objiceret q fili⁹ mittit a spū sctō qr dicit Luce.iiij.ca.q dns dixit in se implctū illud Jsaie Spūs dñi sup me euangeliçare pauperib⁹ misit me. Respondere possum⁹ q filius a spiritu sancto mittit km naturā assumptā. Spūs aūt sctūs nō assumpsit naturā creatā:vt scōm eaz possit dici missus a filio. vel fili⁹ habere auctoritatē respectu ipius. Relinquit ergo q respectu psone eterne filī⁹ sup spm sanctū auctoritatem habeat. Ad scōm obiectū de Damasceno dicit sctūs Tho.q in hoc nō ē audiend⁹ cuius a quibusdā dicat q sicut nō pcitē spm scm ee a filio:ita etiā nō negat ex vi verboz illoz. Ad tertiū de pductione perfecta patris dicit sanctus Tho. q p hoc q spūs sanct⁹ pcedit a pfc.nō soluz nō est supfluū dicere q pcedat a filio sz omnino necessariū: qr vna ē virtus patris t filij. Et quicqd est a patre necesse est esse a filio nisi pprietati filiatiōis repugnet nō eni filī⁹ est a scipo sz sit a pfc. Jgit pater et filī⁹ sunt vnū principiū spūs sci ppter vnitatem diuine virtutis:t vna pductione pducūt spm scm:sicut etiā tres psone sunt vnū principiū creaturc:t vna actione creaturā pducūt.

¶ Tertia opinio de spū scō dānata fuit aliquoz q dixerūt:q spūs scūs nō sit equalis patri aut filio. Arguebant vo sic. Dare se totū sine sui diminutione est summe potētie: hoc aūt pōt pater:hoc pōt filius:nō aūt spūs sctūs: nō eni pōt generare filiū sicut pater: nec pōt spirare spiritū scm sicut pater t filī⁹ ergo nō ē illis eqlis. Ad hoc rndet Alexander in pmo volumie summe:q sicut eadē est potētia filij qua potuit generari que est in patre q potuit generare. Sic eadē est potētia spūs sci q pōt dari.i. spirari q pris t filij q possunt dare.i.spirare. Vñ Aug⁹.li.o maximū ingt. Absit vt ideo sit potētior pater filio qr creatorē genuit pater: filius nō genuit creatorē. Neqz eni nō potuit sz non oportuit.i. nō ex impotētia fecit sz q sibi non conueniebat. Similiter potest dici in pposito. Si vo qrat vtz artata siue ligata sit potentia pducendi in psona spūs sci: ppter hoc q nō pōt exire in actū pducendi psonaz sicut potest in patre t filio. Dicendū q non imo ex summa pfectiōe ipi⁹ potētie ē: qr nō pōt exire in actū huiusmodi:qr nō pgrueret. Vñ Anselmus in monologion ait. Qui potest qō sibi nō pdest t nō debet:tantomagis aduersitas t puersitas pñt in illū. Sctūs vo Tho.pma ptc. q.xlij.dicit.q sicut cadē essentia que in patre ē paternitas:in filio est filiatio:ita cadē est potētia qua pater generat t qua filī⁹ generat. Vñ vez est q quicqd pōt pater pōt filī⁹. Nō tñ sequitur q possit generare:nā generatio significat relationē in diuinis: habet ergo candē potentiā quā pater:sz cū alia relatiōe:qr pater habet eā vt dans. Et h significat cū dicit pr pōt generare:filī⁹ aūt habet eā vt accipiens.t hoc significat cum dicitur potest generari. Idem dicendū est de spiritu sctō respectu pris t filij.

¶ Quid sit missio in diuinis: et qualiter spūs sctūs mittit inuisibiliter t visibiliter: t de congruitate tempis quo spūs datus fuit apostolis in signo visibili. Capitulū.ij.

Secundū mysteriū cōtemplandū de spiritu sancto dicitur missionis. In quo tres considerationes faciemus.

Prima dicitur quidditatis.
Secunda qualitatis.
Tertia temporalitatis.

¶ Prima psideratio dr quidditatis: vbi quid sit missio in diuinis ē aperiendū. Ad qō ita ait Ricardus in pmo di.xv. Missio ē psone emanantis vel emanationis psone p aliqd sibi appropriatū actu vel habitu manifestatio. Nam missio respectu missi:duo habet ex suo intellectu emanationē t manifestationē p effectum. Vñ Aug⁹.iuj.li.de trini.ingt. Mitti ē cognosci esse ab alio. Et qr pater a nullo ideo nunqz dicit missus. Sed vt ista clarius habeātur tria in hac ptc dubia sunt aperienda.

Primū vtz sit ponere missionē in diuinis.
Secūdū vtz missio sit qd increatū vel creatuz
Tertiū vtrū missio dicat de deo ab eterno vel ex tempore vel vtroqz modo.

Ad primum dubiū rndet scriptura sancta. Dicitur eni ad Balathas.iiij.ca. Misit deus filium suū. Et ibidē: Misit de⁹ spm filij sui in coda vestra. Et Joānis.iij.ca. Nō eni misit deus filiū suū in mundū vt iudicet mundū. Et.vj. ca. Misit me viuens pater. Et.viij.ca. Qui misit me verax ē. Et Joānis xvj.ca. Cuz venerit paraclitus quē ego mittā vobis. Ex quib⁹ t si

milibus patet q̄ filius missus est etiam t spūs scūs. Contra hoc tñ quidā obijciūt. Primo q̄ qui mittit ab aliq̄ discedit ab eo t ad aliquē locum de nouo vadit: sz in diuinis nō pōt esse loci mutatio cū deus sit vbiq̄: ergo in diuinis ñ pōt esse missio. Scūdo omne qđ mittit separatur a mittente: sed in diuinis nō est ponere separationem vnius psone ab alia: ergo nec missionez Tertio nihil pertinens ad inferioritatē t supioritatem dicit de vna psona respectu alterius. Vnde dicit Damascenus: q̄ filius ℈m q̄ deus nō dicit obediēs vel inobediēs patri: subiectorum eni est hoc. Cū ergo ille q mittit inquātū huius sit inferior q̄z ille qui mittit: t ille q mittit sit superior: nō dicunt huiusmodi noīa mittere t mitti de vna psona respectu alteri⁹. Ad soluenda huiusmodi obiecta: notandū est ℈m Bonauentu. in ꝑmo di. xv. q̄ missio in his inferioribus habet respectū ad tria. s. ad principium: ad terminum: t ad missum. Ad principium siue ad mittentē missio habet sub triplici habitudine compari: videlicet vt ad dantē esse t sic mittitur radius a sole. Vt ad dantē virtutē sic mittit iaculū a ꝓiectore. Et vt ad dantē inrisdictionē t sic mittit nūcius a ꝓceptore. Scōm omnē hanc cōpationē est missio in diuinis: q̄ spūs scūs mittitur a patre t filio tanq̄z habēs esse t virtutē t auctoritatē in operando in eis Et ideo missio secūdū hunc respectū cōpletissime ē in diuinis. Similiter ad terminū sub tertia habitudine cōpatur. Mittit enim aliqd alicubi vbi videlicet quietatur vt lapis mittitur deorsum. Mittitur etiā aliquid alicubi vt a q̄ habeatur: sicut aliqs mittit alicui donū. Mittitur insup ad aliquid q̄ opēt: t sic mittit filius vel spūs scūs vt alicubi inhabitandū: vt alicubi ad possidendū vt donū ad aliqd. s. ad effectū cōferendū. Et iō missio per cōpationē ad terminū reperit cōpletissime in diuinis multomagis q̄z in creaturis. Si aūt loquamur de missione in cōpatione ad missum. Sic in his inferioribus ponit triplicē ꝓditionē impfectionis. s. sepationem: subiectionē: t mutationem: q̄ qdē non sunt in diuinis. Est tñ aliqd pfectiōis ibi istis correspōdēs. Et rō huius patet sic. In istis inferioribus separatur missus a mittente: nā cum mitto aliquē Romam q̄ roma distat a me ille quē mitto separat a me. In diuinis ℣o q̄ demittēs ē vbiq̄ nulla ē distantia: ideo nulla separatio: loco tñ huius ē missi a mittēte egressio siue emanatio. Similiter in his inferioribus ē in misso subiectio ꝓpter differentiā mittentis ad missū: q̄ missus differt a mittēte in substantia. Sz in diuinis nō ē substātialis dīa. Et iō oīa sūt cēlis nobilitatis in misso t mittēte. Sic etiā in his inferioribus ē in misso mutatio ꝓpter distantiā missi a termino. Quia ℣o in diuinis missus nulli loco abest: ideo nō ē ibi mutatio: sz alicuius effectus de nouo ꝓductio. hec Bonauētura. Scūs ℣o Tho. ꝑma pte. q. xliij. cādē sentētiā ꝓfirmās vt asserit: q̄ in rōe missionis duo iportant: quoz vnū ē habitudo missi ad euz a q̄ mittit. Aliud ē habitudo missi ad terminū ad quē mittit. Per hoc aūt q̄ aliquis mittit ostendit ꝓcessio quedā missi a mittente vel ℈m impium: sicut dñs mittit seruū: vel ℈m ꝓfiliariū: vt si cōsiliarius dicat mittere regē ad bellādū. Vel ℈m originē vt si dicat q̄ flos mittitur ab arbore. Ostendit etiā habitudo termini ad quē mittit vt aliquo mō ibi esse incipiat vel q̄ prius ibi omnino nō erat quo mittitur. Vel q̄ incipit ibi aliquo mō ee q̄ prius ñ erat Missio ergo diuine psone cōuenire pōt scōm q̄ iportat ex vna pte ꝓcessionē originis a mittente. Et ℈m q̄ iportat ex alia parte nouū modum existendi in aliquo. Sicut filius dicit esse missus a patre in mundū scōm q̄ incipit cē in mūdo visibiliter per carnē assumptā: t tñ anteā in mundo erat: vt dicit Joānis ꝑmo ca. Non ponit ergo missio in diuinis q̄ sit ℈m motū locale. Quare nec ibi ē sepatio sed sola distinctio originis. Neq̄z potest cē minoratio cū nō sit a ꝓncipio mittente: aut ℈m ipertū aut scōm consiliū: q̄ imperās ē maior t cōsiliās sapientior. Et vt ꝓdictū ē missio illa nō iportat nisi ꝓcessionez originis q̄ ē ℈z eqlitatē. Scōm dubiū fuit vtrz missio sit qd creatū vel increatum. Ad qō ita rñdet Alexander in ꝑmo summe. Q̄ missio siue dicat actiue de pre respectu filij: siue de patre t filio respectu spūs scti. Siue dicat passiue de filio vel spū scto ē qd increatū t idē qō de nā ꝓcessio spūs scti ē ipe spūs scūs ꝓcedēs. et sanctificatio spūs scti ē ipe spūs scūs sanctificans. Sz missio spūs scti ē ei⁹ ꝓcessio a pre et filio ad sanctificādū creaturā: vtrūq̄z aūt ē qd increatum qđ est spūs scūs: ergo missio q̄ spūs scūs est missus est quid increatū. Et cadē rōe missio qua filius mittitur t qua pater mittit. Tertiū dubiū fuit vtrūz missio dicatur de deo ex tempore vel ab eterno. Et rñdent doctores theologi q̄ dicit ex tpe. Veruntñ Alexander in ꝑmo summe dicit q̄ in missiōe duo fūt. Est

enim ibi principale significatū qō ē qd increatum. Et ē ibi aliqō cōnotatū .s. effectus in rōnali creatura qō est quid creatum. Nam missio ē ꝓcessio alicui⁹ ꝑsone manifestata in creatura: vel manifestatio ꝓcessionis eterne facta rōnali creature: rōne ergo connotati qō tēporale ē dicit missio tpalis. Sed sanctus Tho. in ꝑma parte vbi s dicit q in his que important originē diuinax ꝑsonax ē quedā dā attendē da. Quedā enī in sua significatione importāt solā habitudinē ad principiū vt ꝓcessio t eritus. Quedā vo cū habitudine ad principium determināt ꝓcessionis terminū. Quox quedā determināt terminū eternū: sicut generatio t spiratio: nā generatio ē ꝓcessio diuic ꝑsone in naturā diuinā. Et spiratio passiue accepta imꝑtat ꝓcessionē amoris subsistētis. Quedam vo cū habitudine ad principiū importāt terminū tēporalē: sicut missio t datio. Mittit enī aliqd ad hoc vt in aliquo sit t datur ad hoc vt habeat. ¶Persona aūt diuinā haberi ab aliqua creatura vel eē nouo modo existendi in ea est qōdam tpale. Vñ missio t datio in diuinis dicuntur tpaliter tm. Generatio aūt t spiratio solū ab eterno. ¶Processio aūt t exitus dicūtur in diuinis eternaliter t tpaliter. Nā filius ab eterno ꝓcessit vt sit de⁹: tpaliter aūt vt sit hō scōm promissionez visibilem: vel vt sit in hoc scōm missionem inuisibilem.

De tempore die t hora missionis spūs sancti

¶Secūda ꝑsideratio de missione spūs sancti dicit tēporalitatis. In qua quo tpe missus fuit apostolis pōderare debem⁹. Nā quinqgesima die post xpi resurrectionez mysteriū istud fuit celebratū. Et hoc quidē congrue factū esse constat. Tū q in veteri testamēto sic fuerat figuratū: dū quinquagesima die postq̄ moyses cduxerat filios isrl de egypto: descēdit de⁹ in igne in monte synai. Sic t quinqgesima die postq̄ xps traxerat patres de inferis: descendit spūs sanctus in linguis ignis. Tuz etiā vt q in iubileo beneficia populus accipiebat data fuisse multo copiosiora in xpm credentib⁹ a spū scō noscant. Vt enī colligit ex. xxv. ca. Leuitici. numero quinquagenario annox in iubileo debita remittebant. Ita spūs sancti gratia in apostolos descendentis penitentib⁹ peccata t debita remittunt. Similiter in illo iubileo serui donabantur libertati. Ita nūc spūs sctūs liberat a seruitute dyaboli in spem glorie filiorū dei. Adhuc in illo iubileo recuperabātur hereditates amisse. Sic spūs sanctus est pign⁹ hereditatis nre. Venit etiaz spūs sctūs in die dñica vt esset dies renouationis que fuerat t creationis. Dñica nāq̄ die creatus ē mūdus. Hora adhuc qua spūs sctūs in apl̄os descendit fuit tertia: vt patet ex auctoritate ecclesie q̄ cantat in hymno. Dū hora cūctis tertia repēte mundus intonat: orantib⁹ apl̄is deū venisse nūciat. Idipm habet ex verbo petri Actuz. ij. ca. Fuit aūt ista hora cōueniēs. Tū q spūs sctūs est tertia in trinitate ꝑsona. Tū q primi parentes dicunt in hora tertia pdidisse gr̄am: vt ponit in cōpendio theologie li. ꝑmo. vñ ꝓueniens fuit q eadē hora apl̄is redderet. Tū etiaz vt insinuet q in tertio tpe gr̄a dei copiose in mundū effusa ē. Nā genus humanū sub triplici statu decurrere ponit a doctoribus. ¶Primus legis nature ab adam vsq̄ ad moysen. Secundus fuit legis scripte: a moyse vsq̄ ad christuz Tertius legis gratie: a xpo vsq̄ ad cōpletū numerum electox ¶Tertia cōsideratio de missione spūs sancti dicit q̄litatis. Dupler ē missio spūs sancti: vna inuisibilis q̄ mittit in mentez ad sanctificandū creaturaz: t ista missio fit ad inhabitationē creature rōnalis. Alia ē missio visibilis sicut apparuit sup xpm in colūbe specie: t sup apl̄os in linguis ignis. Qui spiritū sanctū inuisibiliter habere cupit opus ē vt se ꝓformet apl̄is in quib⁹ septē ꝓditiones describuntur fuisse. ¶Prima cōditio fuit qa erāt anmo quieti. Et hoc ē qō dicit Actuū. ij. ca. Duz cōplerent dies pentheco stes. i. dies requietōis Illud enī festū erat ad requiē deputatū. Ideo dixit deus p Isaiā ca. lx. Sup quez requiescet spūs meus nisi sup humilē t quietū. Secundo erant apl̄i dilectione uniti: qō notat cū dicit. Erant oēs pariter. Erat quidez eis cor vnū t anima vna. Sicut enī spūs hois nō vinificat mēbra corpis nisi vnita. Sic nec spūs scūs mēbra spūalia. Tertio erant apl̄i loco secreti: de hoc subdit in codē loco. s. in cenaculo. Quarto erant oratione assidui. ideo subdit. Erāt ꝑseuerantes vnanimiter in oratione: de illis cantat ecclesia. Orantib⁹ apl̄is deum venisse nunciat Quinto erant humilitate ꝓditi ex eo q scribit qa erāt sedētes. i. humiles: Sexto erāt pace cōiuncti qa erant in hierl'm q̄ interpretat visio pacis. Septimo erāt cōtemplatiōe erecti: p hoc q dicit: q: receperūt spm scm in supiori cenaculo. Qualiter aūt missio illa visibilis in apl̄os fuerit cōpleta declarat Actuū. ij. ca. vbi dicit.

Factus ē repente de celo son⁹ tā q̄ aduenientis
ſpūs vehementis ⁊ replenit totā domū vbi
erant ſedentes. Nicholaus de lira. ſedentes. i.
manētes eo modo quo dr̄ in Deuteronomio ca.
i. Sediſtis in cades barne mlto tpe. i. mālisti⁹
Mā apl̄i tūc erant in or̄one q̄ nō fit ſedēdo ſz
magis flectendo genua vel ſtando. Inſup luce
vltimo xp̄s dixerat eis. Sedete in ciuitate: ad ē
mancte quousq̄ induamini virtute ex alto. Et
apparuerūt illis diſpartite lingue tanq̄ ignis
ſeditq̄ ſup̄a ſingulos eor̄ ⁊ repleti ſunt oēs
ſpū ſctō. Sz poſſet aliq⁹ querere an apl̄i ante
iſtā diē acceperāt ſpiritū ſanctū. Et rndēt doc-
tores q̄ ſic ſz nō in tanta copia. Cū enī fuerūt
vocati ad xp̄i ſequelā ⁊ apoſtolatū receperunt
ſpiritū ſanctū ad ꝓpriā iuſtificationē ⁊ pſonā
lem pfectionē. Quando aūt miſit eos ad predi
candū ante ſuā paſſionē tūc receperūt ſpiritū
ſanctū ad infirmor̄ curationē: ⁊ miraculorum
operationē. Dedit nāq̄ ptātem illis curādi lan
guores: ejiciēdi demones. Sicut p̄z Matthei
x. ca. Sz q̄ inſufflauit ⁊ dixit eis. Accipite ſpi-
ritū ſanctū: tunc receperūt cū ad peccatorum re
miſſionē ⁊ ſacramentor̄ miniſtrationē. Et vt
refert Auguſtin⁹. iiij. li. de trini. Flatus ille cor
poreus ſubſtātia ſpūs ſancti nō fuit ſz demon
ſtratio p ꝓgruā ſignificationē non tm̄ a patre
ſz a filio ꝓcedere ſpm̄ ſcm̄. Et ſpūs ſctūs ibi ñ
accipit ꝓut ē tertia in trinitate pſona: ſed pro
dono ſpūs ſcti: vt ſit ſenſus. Accipite ſpiritum
ſanctū. i. donū ſpūs ſancti ꝓut exponit Phi-
lippus de monte calerio in cuāgelio Joannis
Iſta xo die apl̄i receperūt ſpm̄ ſcm̄ ad baben
dam intelligentiā ſcripturar̄ vt declarabim⁹
in ſequēti myſterio. ⁊ noticiā omniū linguarū
ad audaciā ⁊ fortitudinē: ad omniū meritorum
plenitudinē: ad ꝑdicationē euangelij: ad tolle-
rationē martyrij: ad ꝓuerſiōes populor̄ ⁊ coro-
ſcationē miraculor̄. Ergo repleti ſunt nō ſolū
plenitudie ſufficiētie ſz ēt plenitudie redūdātie
¶ Qr̄ apl̄i faciēte ſpū ſancto loquebant varijs
linguis ⁊ acceperūt ſcientiā diuinar̄ rer̄ atq̄
fortes facti fuerunt vt non timerēt cruciatus
neq̄ mortem. Capitulum. iij.

Certū myſteriū ꝓtemplandū de ſpū ſctō
dicit operatiōis. Inter cetera quippe ſtu
penda que in apl̄is ē operatus: ſunt precipua
⁊ ſingulariſſima tria.
Primum fuit locutio.
Secundum illuſtratio.
Tertium fortificatio.

¶ Primū opus mirabile fuit locutio: nā fa-
tim fecit illos loqui idiomata oim gentiū que
tñ antea nō didicerāt. Et ſz q̄daz dicere volu
erunt: q̄ apl̄i lingua ꝓpria loquētes intellige-
bantur ab audientib⁹ ac ſi eor̄ idiomata ꝓfer
rent. Tñ verior ē ſententia illor̄ q̄ tenēt q̄ ipi
apl̄i varia linguar̄ genera p ſpiritū ſanctū di-
dicerūt. Vñ eccleſia de ipis cantat. Linguis lo
quūtur omniū turbe pauent gentilium: muſto
madere deputant quos ſpiritus repleuerat.
Et Actuū. ij. ca. ſcribit. Ceperunt loqui variis
linguis ꝓut ſpūs ſcūs dabat eloqui illis. Erāt
aūt in hierl̄m habitātes iudei viri religioſi. i.
in cultu diuino deuoti ſcōm Nicholaū de lira
ex omni natione que ſub celo ē: q̄ conuenerant in
hierl̄m rōne feſti. Maz iudei captiuati p Sal-
manaſar regē aſſiriorū nō redierūt in iudeam
Similiter captiuati per regē chaldeor̄ nō re-
dierūt oēs: q̄uis haberēt licentiā redeundi ſz
remanſerunt multi amore filior̄ quos genue-
rant ibi ⁊ poſſeſſionū quas acq̄ſierant. Multi
adhuc captiuati p Anthiochum regē grecorū
⁊ diuerſis gentibus venditi remanſerūt. Ve-
runtñ alīq⁹ eor̄ magis deuoti ꝓpter reuerētiā
templi aliq̄n in hierl̄m maxime in ſolennitati
bus magnis quar̄ vna erat ſolēnitas pēthecoſ
tes. Et dicitur penthecoſtes a pentha q̄ eſt
quinq̄ ⁊ coſte q̄ ē decē. Quinq̄geſima nanq̄
die a paſcha celeberrima erat apud iudeos in
memoriā beneficij legis date que fuit data in
monte ſynai quinquageſima die vt ſupius ta
ctum eſt: poſtq̄ filij iſrl̄ egreſſi ſunt de egypto
Facta igit̄ hac voce. ſ. ſpūs vehementis vel vē
ti vel tonitrui que ab alijs audita fuit: vel apo
ſtolorū ⁊ alior̄ cū eis exiſtentiū dcū voce mag̃
laudantū q̄ prius timore ducti nō audebāt lo
qui: ꝓuenit multitudo ⁊ mēte ꝓfuſa eſt. i. ſtupe-
facta: quoniam audiebat vnuſq̄ſq̄ lingua ſua
illos loquētes: dicebāt aūt cū admiratiōe. Nō
ne ecce oēs iſti qui loquuntur galilei ſunt: Et
quomodo nos audiuimus vnuſq̄ſq̄ linguam
noſtram in qua nati ſumus. Parti ⁊ Medi ⁊
Helamite ⁊ q̄ habitant meſopotamiā Judeā
⁊ Capadociā Pontum ⁊ Aſiam: Frigiam et
Pamphiliā. Egyptū ⁊ partes libie que ē cir-
ca cirenē ⁊ aduene Romani. Et dicunt hic ro
mani aduene poti⁹ q̄ alij: tū quia a remotio-
ribus ptibus venerunt: tū q̄ mare tranſierant.
Judei quoq̄ ⁊ ꝓſeliti. i. ꝓuerſi de gētilitate ad
iudaiſmū. Cretes ⁊ arabes audiuimus eos lo-
quētes noſtris linguis magnalia dei. Alij aūt

irridentes dicebant q̄ musto pleni sunt. ꝑ quibus cantat eccl̄ia. Musto madere deputāt q̄s spūs replecrat. Tñ petrus veritatē rei ꝑ scripturas declarauit. Et illa die apposite sunt .v. baptiçate ⁊ ad numerū fideliū congregate aie circiter tria milia. Scōm opus mirabile qō spiritus sc̄us in ap̄lis fuit opatus. Illustratio dr̄ Mā intellectū coꝛ illuminauit. vt de diuinis q̄ ad salutē sūt necessaria nihil penit⁹ ignoraret: hoc ꝓmiserat eis xp̄s cū dixit Joānis. xiiij. ca. Paraclit⁹ aūt spūs sc̄tus quē mittet pater in noīe meo ille vos docebit oia ⁊ suggeret vobis oia quecunq; dixero vobis. Et. xvj. ca. Cū venerit ille spūs veritatis docebit vos omnē veritatē. Et Luce. xxj. ca. Ego dabo vobis os ⁊ sapientiā cui nō poterūt ꝓdicere aduersarij vestri. Res ē ꝓfecto stupēda q̄ tā celeriter absq; doctore spūs sc̄ti sola p̄sentia noticiā apostoli plenissimā acceperūt de oibus que a moyse ⁊ ꝓphetis fuerāt cōscripta. Hinc Hieronym⁹ ad Paulinū ait. Pharisei stupēt in doctrina dñi ⁊ mirant in Petro ⁊ Joanne quō legerint sciant cū litteras nō didicerint. Quicqd enim alijs exercitatio ⁊ quotidiana in lege dñi meditatio tribuere solet: illis spūs sc̄tus suggerebat ⁊ erant iurta qō scriptū ē docibiles deo. Quinimo de secretis diuinis magis fuerunt illuminati q̄s ꝓphete veteris testamenti: ⁊ in maiori plenitudine gratiā spūs sc̄ti receperūt: atq; donum ꝓphetandi excellētius habuerūt. Ap̄ aūt ap̄li ꝓphetie munere fuerūt predicti: ꝑ Actuū ij. ca. v. ca. vj. ca. xj. ca. xiij. ca. xxvij. ca. Tāta aūt fuit in illis vis doctrīe q̄ in oēs gētes ⁊ nationes mūdi ꝑ eos lux veritatis effulsit. Tertium opus mirabile qō spūs sc̄us operatus ē in apostolis dicit fortificatio: q̄ corda coꝛ adeo fortificauit: vt nullo timoꝛe: nullaq; cōminatione a xp̄i predicatione retardarent. Ideo in sermone qui legit in officio ap̄lorum. Gregorius ait. Scriptū ē: spūs dñi ornauit celos: ornamenta eni celoꝛ sunt virtutes ꝓdicantiū. Que videlicet ornamēta Paulus enumerat dicens. Alij dat per spm̄ sermo sapientie. Alij sermo scientie scōm eundē spm̄. Alij fides in eodem spū. Alij gratia sanitatū in vno spū Et infra. Quot sunt bona ꝓdicantiū tot sunt ornamēta celoꝛ. Hinc rursus scriptū ē. Verbo dñi cēli firmati sunt ⁊ spū oris eius omnis virtus eoꝛ. Verbū eni dñi ē filius patris. Sz cōsidē celos videlicet sanctos ap̄los vt tota sit trinitas ostendatur operata repente de sancti spūs diuinitate adiungitur. Et spū oris eiꝰ omnis virtus coꝛ. Ē cloꝛ igit̄ virtus de spiritu sumpta ē q̄ mūdi huiꝰ potestatib⁹ cōtraire nō p̄sumerēt nisi eos sancti spūs fortitudo solidasset. Quales nanq; doctoꝛes sc̄tē ecclesie ante aduētū huius spūs fuerint scimus: ⁊ post aduentū illius cuius fortitudinis facti sunt cōspicimus. Certe ipe pastoꝛ eccl̄ie Petrus quā te debilitatis quāteq; formidinis ante aduentum huius spiritus fuerit ancilla ostiaria reḡsita dicat: vna enim mulieris voce percussus: dū mori timuit virā negauit. Et tunc Petrus neganit in terra: cū latro ꝓfitebat in cruce. Sz vir iste tante formidinis qualis post aduentuz spūs exist̄at audiam⁹. Fit ꝓcuꝛ⁹ magistratū atq; senioꝛ: cesis denūciat ap̄lis ne in noie ielu log debeāt. Petrus magna auctoꝛitate rūdit. Obedire oportet deo magis q̄s hoībus. Et rursum. Si in ꝓspectu dñi iustū ē vos potius audire q̄s deū: iudicate: libens beatus Andreas ꝑ cutoꝛib⁹ suis rūdit. Tāto eni ero regi meo acceptioꝛ quāto ꝑ eius noie fuero ꝓmanēs in tormentis ꝓstantioꝛ. Nō eni possum⁹ que audiuimus ⁊ vidimus nō loqui. Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu ꝓfilij quoniā digni habiti sunt ꝓ noie ielu cōtumelia pati. hec ille. Securus ⁊ gaudēs ad crucē ꝓperauit Petr⁹ ita ⁊ frater eius Andreas: q̄ spūs sc̄us erat in eis. Sic ⁊ apostoli ceteri mortē violentā letanter tulerūt: q̄ spūs sc̄tus oēm ab eis timoꝛē eicerat. Hec tm̄ ap̄lis hec fortitudo supnaturaliter tributa est. Quinimo ⁊ sanctis vt sic dicaz innumeris: confessoꝛib⁹: virginib⁹ ⁊ martyꝛib⁹ Quisnā fecit tpaliū bonoꝛ contēptoꝛes cos q̄ xp̄m nudū nudi secuti sūt nisi spūs sc̄us? Quis habitare fecit in solitudine in spelūcis amicos dei vigilantes oꝛantes: ⁊ carnē durissimis ieiunijs disciplinis ⁊ verberib⁹ affligētes: nisi spiritus sanctus? Quis deniq; fecit martyres aio intrepido tot illata tormēta ⁊ exq̄sitissima cruciatuū genera ꝑpeti nisi spūs sc̄us? Ubi admirari plurimū simul ⁊ in fide cōsolidari debem⁹ dū supdicta oia in seru fragili mulieꝛ inueniri cōspicimus. O vere stupenda virt⁹ spūs sc̄ti q̄ tot hoīes supra hoīes eleuauit. O gra dei electi copiosissime dispensata q̄ terrenos hoīes celestes effecit. O fons indeficiens bonitatis dei ad quē cuncti mortales cōfugere securi debent quoniam vt inquit Cyprianus in epistola ad Donatum. Profluens largiter spūs nullis finibus premit: nec vllis cohercentib⁹ claustris

intra certa metaꝫ spatia refrenatur. Manat ingiter: erubescat affluenter: nostrū tātū pectꝰ sitiat ⁊ pateat. Quātum illuc fidei capacis affe rimus tātū inde gr̄e unundātis hauriꝫ. hec ille. Supplici corde igiť postulemꝰ vt pijssimꝰ deus spiritu sc̄o suo replcat corda nostra. Qui sit benedictus in secula seculorum. Amen.

¶Sermo vigesimus primus de beatitudie sanctorū in quo confutatur fatuitas hominū mū danorum qui nō credūt aliquid de vita futura

Merces vestra copiosa ē in celis. Verba sunt redemptoris nostri originaliter Matth. v.ca. Tanta est quorundā stultitia vt arbitrentur nulla esse bona preter ea que in presenti vita a pijssimo deo visibus humanis conceduntur. Nil credunt: nil cogitant. Nihil deniqꝫ sperant: de futura celestis regni heredi tate. Somnium putant imo fictionem ⁊ fabulam: quicquid sc̄m oēm veritatē de sanctorū beatitudine proclamatur. Mi omnē diligentiā adhibent: vt corporeis sensibus in suis delecta tionibus voluptuosis satisfiat. Animam vero virtutibus honestisꝫ moribus instruere ⁊ ne gligunt ⁊ contemnunt. Propterea equum ē censui si in p̄senti sermone de beatitudine verba fecero. Nam illam cuncti desiderare debēt que merito preponenda est oibus que ab homine precio haberi solent: de hac quilibet iustꝰ atqꝫ fidelis asserit illud Sapientie ca. vij. Preposui illā regnis ⁊ sedibus: ⁊ diuitias nihil cē diri in comparatione illius: nec comparaui illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in comparatiōe illius harena est exigua: ⁊ tanq̄ lutum estimabitur argentum in conspectu illius'. Super salutem ⁊ speciem dilexi eam: ⁊ proposui pro luce habere illam quoniam inextinguibile est lumen illius: venerunt aūt mihi oia bona pariter cum illa. Vt igitur dispona mus ea que tractaturi sumus ordine debito: beatitudinisqꝫ laudes mirificentissimas complectamur que copiosa merces a nostro salvatore merito nuncupatur: de ipsa tria mysteria principalia proponemus contemplanda.

Primum dicitur beatitudinis desiderium.
Secundum beatitudinis subiectum.
Tertiū beatitudinis obiectum.

¶Qꝫ beatitudo est bonum qō cuncti desidera re debent. Capitulum. j.

Primum mysterium contemplandum di citur beatitudinis desiderium: in quo inducenda est cunctorum mens vt ad beatitudinem di rigant cordis affectum: illamqꝫ viribus totis conentur adipisci. Maꝫ ⁊ de hoc ita pulchre loquitur Seneca ad Lucillum. Ad summū ingt bonum ⁊ propositum totius vite tue respice. Illi enim consentire debet quicquid agimus: ideo peccamus quia de partibus vite omnes deliberamus de tota vero nemo desiderat. Errant consilia nostra quia non habent quo dirigantur. Ignoranti quem portum petat: nullus sinus certus est: hec ille. Sed ut pars ista lucidior fiat opus ē, vt ad tria dubia respōdeam⁹.

Primum vtrum homini conueniat agere ꝓpter finem.
Secundum vtrum finis humane vite sit beatitudo.
Tertium vtrū beatitudo sit bonū desiderabile

D is ät corruptio procedit a conditione mate
rie. licet ens sit incorruptibilis ⁊ ingenita ꝟz se
vt dr̃.i. Phicoꝝ. tñ est cã corruptionis co q̃ i
potentia ad multas formas nec satisfit appe
titui suo p aliquã formã corpoꝝ iferioꝝ. Vñ
licet mã ꝑprie non corrumpat p se nec forma
p se sed solũ cõpositũ. tñ corruptionis hui⁹ cã
est mã. Cũ igit vt dictũ est aia nõ sit cõposita
ex mã ⁊ forma q̃ tunc non diceret aia sed ani
matũ. ergo patet q̃ aia est incorruptibilis. Et
vt ingt Tho. vbi. s. dato q̃ aia esset cõposita
ex mã ⁊ forma. tñ adhuc oporteret ponere eaz
incorruptibilẽ. non ens inuenit corruptio nisi
vbi inuenit cõtrarietas. Benerationes nãq
⁊ corruptiones ex ꝯrijs in cõtraria sunt. Vñ
corpora celestia q̃ ñ hñt materiã ꝯrietati sub
iectã incorruptibilia sunt. In aia ät intellecti
na nõ pot esse aliqua cõtrarietas. recipit enim
fm modũ sui esse. ea Ro q̃ in ipa recipiuntur
sũt absq; ꝯrietate. Mã intelligit ignẽ ⁊ aquã
absq; ꝯrietate. Rones quidẽ ꝯrioꝝ in intelle
ctu nõ sunt contrarie sed est vna sententia cõ
trarioꝝ. Impossibile est ergo q̃ aia intellecti
va sit corruptibilis. ¶ Scda rõ qua ostendit
q̃ aia sit imortalis dr̃ superationis. Superat
aia intellectiua ⁊ excedit nobilitatẽ ⁊ dignita
tem quoꝝcũq; corpoꝝ tã elementariũ q̃z cele
stiũ. q̃ ꝓbat ex dictis oim sapientũ. Inquit
Aug⁹ in libro de libero arbi. D is aia oi corpe
est nobilior seu melior. Et idẽ li. octuagintatri
um questionũ. D is aia melior est oi corpore.
⁊ idẽ in li. d̃ duabus aiabus. Aia luce ista quã
hoies veneranꝝ melior est q̃nquidẽ illa intelli
git mẽte. hec sensu corporis innotescit. Et idẽ
viij. de ci. dei. ca. xv. D i corpori preferunt aie.
Et in li. soliloquioꝝ. Quicquid celi ambitu cõ
tinet inferius ab aia hũana est. ⁊ Crisosto. in
li. de lapsu mundi. Quanto ait celũ terra pul
chrius tanto aie pulchritudo oẽz formã q̃uis
pulcherrimi corporis superat. Ad idẽ est glo
sa ca. cum sit. de etate ⁊ qua. ordi. Et. xij. q. i. ca.
precipimus. Et cõfirmat. xxiiij. q. iij. ca. si ha
bes. Et de peni. ⁊ re. ca. cũ infirmitas. Et. C. d̃
sacrosanc. cc. l. sancimus. Et Aristo. in princi
pio li. de aia docet qualiter scia de aia q̃tũ ad
bonitatẽ ⁊ honorabilitatẽ est ꝓponenda alijs
scientijs nãlibus que sũt de numero bonoruz
honorabiliũ. ppter nobilitatẽ subiecti q̃ ẽ aia
intellectiua. Iterũ in. i. de aia ait. Aia ät aliqd
melius esse ⁊ antiquius. i. nobilius impossibile
est. Impossibilius antẽ adhuc intellectu. s. esse
aliquid nobilius. rationabilissimũ eni esse ha
bet ⁊ nobilissimũ fm naturã. Ex his arguitur
sic. D mne q̃d non subijcit motui celi est incor
ruptibile. Nam motus celi est cã generatiõis
⁊ corruptionis. sed aia nõ subijcit motui celi.
nã nullũ minus nobile pot agere in mai⁹ no
bile nec illud destruere. Sic itaq; cũ aia rõna
lis que est spũs nobilior sit celo q̃d est corpus
nõ subijciet celo. Insup hoc demonstrari pot
Quia tanto creatura est nobilior q̃to magis
appropinquat deo. vñ creature que sunt tñ
⁊ solũ habent esse sunt in infimo gradu nobi
litatis. Creature que habent esse ⁊ viuere sũt
illis nobiliores. Multo digniores Ro sũt cre
ature que hñt esse viuere ⁊ sentire. Quib⁹ oi
bus preponunt creature q̃ hñt discernere ⁊ i
telligere. Cum ergo celi habeant tñ esse. se
quit q̃ incõparabiliter illis sit excellẽtior aia.
Pot adhuc aia inclinationes corpis ex influ
entijs corporũ celestiũ reprimere ⁊ refrenare.
Quare cũ nec a celo causet nec illi subijciatur
erit p consequẽs incorruptibilis. ¶ Tertia rõ
ostendens aiam esse immortalẽ dr̃ operatiõis
Cuiuslibet nãq; substantie corruptibilis ope
ratio sua duratõne debilitat ⁊ deficit vsq; ad
vltimũ defectũ qui est corruptio vel mors. Sz
operatio aie sua duratione inualescit ⁊ ꝓficit
q̃ vt scribit Job. xij. ca. In antiquis est sapiẽ
tia ⁊ in multo tpe prudentia. ideo apparet q̃
aia sit immortalis ⁊ incorruptibilis. ¶ Quar
ta rõ qua ꝓbat q̃ aia sit immortalis dr̃ inclı
nationis. D es quidẽ hoies nãliter inclinant
ad desiderandã vitã ppetuã ⁊ btitudinẽ. sed
impossibile est appetitũ nãlem esse frustra ex
ij. methaphi. vbi dicit Aristo. desideriuz nãle
nõ est frustra. Et in li. de celo ⁊ mũdo. Natura
nõ facit aliq̃d factũ vanũ. Igit necesse ẽ po
nere aiam imortalẽ. Hec est rõ Tho. in. ij. ꝯ gẽ
tiles ca. lxx viij. Et in. i. pte. q. lxxv. ¶ Quinta
rõ dr̃ pfectionis. Ad pfectionẽ nãq; vniuersi
requirit diuersus gradus creaturaruz. Vnde
Brego. in. iiij. dialoguz. dicit. Tres vitales
spũs creauit oipotens deus. Vnuz qui carne
tegit ⁊ cum carne mozit. hic est iumentoruz ⁊
aliũ irrationaliũ. Aliũ qui carne ñ tegit nec
cũ carne mozit. hic est angeloꝝ. Et tertiũ qui
carne tegit ⁊ non cum carne mozit. hic est ho
minũ rõne predictoꝝ. Apparet ergo q̃ ad p
fectionẽ vniuersi ponenda est aia immortalis
¶ Sexta rõ dr̃ ordinatõnis ⁊ hoc refertur ad

diuinã sapientiã. Sapientis nãqz est ordina re bona ad bonum ꝛ optima ad optimũ finẽ Si ergo deus oia ordinauit ad hoiem videtur ꝙ homo post deũ sit oim creaturarũ finis. Fi nis ãt nobilior est principio. Cũ ergo mũdus sit ꝑpetuus q̃ztũ ad substantiã vt patet de ele mentis ꝛ corporibus celestibus: ergo ꝛ anima erit perpetua. Hanc rõnem Lactantius tan git li. vij. diui. insti. vbi ait. Si hoim cã factus est mundus ꝛ ita factus est vt esset eternus. s. q̃ztum ad substantiam: cur ipsi quoz causa fa ctus est non sunt sempiterni. Ãt nõnulli deo nostro ingratissimi negare nõ ꝓfundũtur ad hoium vtilitatẽ cũcta que in celo ꝛ que in ter ra sunt esse ordinata. Qui audire debent illud qõ scribit Deuterono. iiij. ca. Solem ꝛ lunam ꝛ oia astra celi creauit dñs deus in ministeriũ cunctis gentibus. Et Dauid loquens ad deũ cũ admiratiõe dicebat. Quid est homo ꝙ me mor es eius: aut filius hois qm̃ visitas eum. Minuisti eum paulominus ab angelis gloria ꝛ honore coronasti eũ ꝛ ꝓstituisti eũ sup opa manuũ tuaz. Oia subiecisti sub pedibus eius. oues ꝛ boues vniuersas insuper ꝛ pecora cam pi. Volucres celi ꝛ pisces maris. Et de hoc Augs adhuc ita loquitur. Omnia dñe sub pe dibus hois subiecisti vt solus homo sup oia tua tuus esset totus. Exteriora nanqz ꝙ corpo re cuncta creasti. Ipsuz Xo pro aia aiam pro te vt tibi soli vacaret te solum amaret ꝛ posi deret ad solatiũ. Lactantius autẽ li. vij. diui. insti. prius eleganter suadet mũdũ sine causa factũ nõ esse. Demũ ꝛ proprer hoiem a deo cõ ditũ confitetur. Inquit ergo sic. Cũ mundus oẽsqz partes eius vt videmus mirabilis ratõ gubernet: cũ celi temperatio ꝛ equalis in ipsa varietate cursus astroz luminũqz celestiũ: tẽ poz constans ac mira descriptio: terraruz va ria fecũditas: plana campoz munimẽta. ꝛ ag gerics montiũ: viriditas vbertasqz siluarum fontiuni saluberrima eruptio. Fluminũ opor tuna inundatio. Maris opulenta ꝛ copiosa interfusio: ventorũ diuersa ꝛ vtilis aspiratio. terra ceteraqz oia rõne fũma constent. Quis tam cecus est vt existimet sine cã esse facta in quibus mira dispositio ꝓuidentissime rõnis elucet. Deinde sequit Lactantius insinuans ꝙ non nisi propter hoiem cuncta sint facta ꝛ ait. Quis est eni tam ineptus vel taz ociosus vt aggrediatur aliquid facere frustra ex quo nullã vtilitatẽ nulluz comodũ speret. ꝙ domũ edificat nõ ideo edificat vt tantũmodo dom fit sed vt in ea possit habitari. Qui nauem fa bricat non ideo insumit operam vt tñ nauis appareat sed vt ea nauiget. Item qui vas ali qõ instituit ac formar nõ proptera id facit vt tñ fecisse videat sed vt vas illud effectum ca piat aliquid necessariũ. Similiter cetera que cunqz fiunt nõ vtiqz in supuacuũ sed ad vsus aliquos vtiles laborantur. Mundus ergo a deo factus est non vtiqz propter ipsũ mundũ Necqz eni aut caloze solis aut lune aut aspira tione ventoz aut humore imbriũ aut alimo nia frugũ cum sensu careat indiget. Sed ne il lud quidẽ dici põt ꝙ deus propter seipsũ fecit mundũ. qm̃ põt esse sine mundo sicut fuit an tea. Et his oibus que in eo sũt quecqz generan tur deus non vtit. Apparet ergo animantiuz cã mundũ esse cõstructũ. qm̃ rebus his quib constat animates fruunt. Rursus ceteras ani mantes hois cã esse factas ex eo clarum est ꝙ hoi seruiunt ꝛ tutele atqz vsibus ei date sũt qm̃ siue terrene sunt siue aquatiles nõ sentiũt mundi rõnem sicut hõ. hec Lactanti. Vt ãt breuius hanc ptẽ decurramus. Hugo in li. de arra sponse sic ad hoiez dicit. Respice vniuer sũ mundũ istũ ꝛ considera si aliquid in eo sit qõ tibi nõ seruiat. ois natura ad hunc finẽ di rigit cursum suuz vt obsequijs tuis famuleꝛ: tuisqz necessitatibus ꝛm affluentiã indeficiẽ tez occurrat. hoc celũ hoc terra hoc mare hoc aer cũ his que sũt in eis vniuersis explere nõ cessant. hec Hugo. Res est ꝓfecto ab oibus ponderanda ꝙ pijssimus oim pr deus tot in numeris bñficijs tot amplissimis muneribus tot abundantissimis gratijs voluerit aiaz rõ nale dotare. Ipsi corpus organicum mirabili opificio ertructũ cum sensib copulauit. Ipsi celos ꝛ sidera firmamenti clementaqz oia ꝛ er illis composita seruire iussit. Ipsi angelos ad custodiã deputauit. Ipsi leges ꝛ ꝓcepta bene viuendi instituit. Et cũ nec sic suũ creatorẽ agnosceret: misit vnigenitũ filiũ suũ qui viaz veritatis illã doceret qui errantẽ ad semitam vite ꝓduceret: ꝙ deniqz illã sanguine suo pre cioso redimeret. Quis igit tã egregiã tã insi gnẽ tã ꝓclarã tãqz deo charissimã creaturã ad imaginẽ ꝛ suã similitudinẽ formatã mortu rã audeat affirmare. Aperi oculos tuos o aia tanto decore redimita. O aia tanta diligentia a tuo creatore custodita. O aia tanto labore a iesu filio dei ꝛ virginis quesita: tanto dolore

recupata: tanto deniq; precio redempta ⁊ con
fidera in teipsa sapientiã dei qui ñ ab re circa
te tanta dignatus ẽ operari. ¶ Septima rõ q̃
ostendimus q̃ aia sit immortalis dr̃ iustifica
tionis. Clamant oẽs scti iustissimũ esse deum
fiẽ p̃z in sermone de iusticia dei in quadrageſi
mali nr̃o. Et vbi esset iusticia dei si aia cũ cor
pore moreret. qñquidẽ tot mala in p̃senti rema
nent impunita. Sz ꝓfecto nõ sine pena trãsi
bunt impij qui in suis malis ⁊ iniquitatibus
prosperanr̃ qz in futura vita eqssimus ille de⁹
reddet vnicuiq; ꝑm opa sua. vt latius dixim⁹
in pretacto sermone. Mõ glorient̃ petõres in
malicia sua: qm̃ de illis ingt in p̃s. lxxvij. Da
uid. Consũmetur nequicia petõr̃. Et p̃s. xxxi.
Multa flagella petõris. Et sapiens ꝓuerbio.
v. ca. Iniquitates sue capient impiũ. Nam ⁊
Seneca in tragedijs hoc ipsũ profitet. Ingt
ãt sic. Nõ quisq; fecit patit auctorẽ scelus re
petit. Et Plato in fedrone dixit. Est in reue
ra defuncto⁹ aias extare: ⁊ bonis melius esse
malis ãt deterius. ¶ Octaua rõ qua deducit
immortalitas aie dr̃ remunerationis. Hoc spe
ctat ad clementiã ⁊ benignitatẽ dei. qui sicut
nullũ malũ ipunitũ: ita nec vllũ bonũ irremu
neratũ relinquit. Hoc ãt esset si aia periret cũ
corpore qm̃ amici sui qui corpora eor̃ ⁊ volũ
tarijs castigatiõibus ⁊ illatis passionibus ob
tulerunt nullã inde reportassent mercedẽ. In
tueamur quid apli: qd ꝓfessores: qd virgines
qd ⁊ martyres egerint ꝓ dei amore. ⁊ inde cõ
cludamus q̃ si mortua foret illor̃ aia dei ma
nus vacua esset a munere liberalitatis. Errã
uerunt in solitudinibus illi. in speluncis: in ca
uernis: in scissuris petrarum ⁊ montium affli
gentes carnem vigilijs: ieunijs: genuflexioni
bus: verberibus ⁊ disciplinis. Alij ludibria ⁊
vincula experti sunt. Alij lapidati sunt. Alij
capite cesi. Alij flammis adusti. Alij sagittis
vulnerati. Alij in mare ⁊ fluminibus demersi
Alij exquisitissimis cruciatibus necati vt deo
gloriam ⁊ honorem impenderent. Nunquid
sine retributiõe laborauerunt incassũ: O pie
tas dei benedicti. O charitas p̃ris eterni. Jpe
vtiq; diligentibus se bona inuisibilia prepa
rauit que oculus nõ vidit ⁊ auris nõ audiuit
Et ꝓpterea saluator nr̃ Matth. v. ca. suos dis
cipulos cõfortabat dicens. Bti estis cũ male
dixerint vobis hoies ⁊ ꝑsecuti vos fuerint ⁊
dixerint oẽ malũ aduersus vos mẽtientes ꝓp
me. gaudete ⁊ exultate qm̃ merces vr̃a copiosa
est in celis. ¶ Nona rõ dr̃ assimilationis de q̃
sic dicit Aug⁹ in li. de spũ ⁊ aia. Immortalis ẽ
aia: ne a sui creatoris filitudine discrepare vi
deat. Non eni poterat esse imago ⁊ filitudo
dei si vllo mortis termino clauderet. ¶ Decia
ratio dr̃ resurrectionis. Est articulus fidei q̃
mortui resurgent. Et de hoc diffuse scripsi in
quadragesimali in sermone de resurrectione
generali. Quia itaq; erit resurrectio que fiet
ꝑ vnionẽ aiarum ad sua propria corpora vir
tute diuina. Et q̃ xp̃s surrexit a mortuis. Et
alij post mortẽ miraculose redierunt ad vitã
necesse habemus confiteri q̃ aia sit imortalis
¶ Undecima rõ dr̃ ofonis. Dicat ecclesia pro
defunctis ⁊ suffragia facit, ꝑ aiabus in purga
torio penale debitũ exoluentibus. Jgit aia est
imortalis. ¶ Duodecima rõ dr̃ comparatio
nis. Comparando quippe aiam que est vltia
forma ad primã mãm ponenda est aia incor
ruptibilis. Nam fiẽ esse intelligibile est ꝑma
nentius q̃ esse sensibile. Sic ⁊ recipiens esse i
telligibile est ꝑmanenti⁹ q̃ recipiens esse sen
sibile. Sed recipiẽs eẽ sensibile est incorrupti
bile ꝑm suã substantiã. s. mã prima. ergo mul
to fortius intellect⁹ possibilis qui ẽ receptiu⁹
formar̃ intelligibiliũ. ¶ Tertio apparet q̃ sit
imortalis aia ex clara exemplatione. Sũt tria
exempla lucidissima q̃ oñdunt aiam esse imor
talẽ in qbus tanq; in splendidissimo speculo
glibet tante rei veritatẽ inspicere põt.
Primũ exemplũ dr̃ tollerationis.
Scõm apparitionis.
Tertiũ erauditionis.
¶ Primũ exemplũ dr̃ tollerationis, vt enim
scribit Cicero in questiõibus tusculanis. Me
mo vnq; sine magna spe imortalitatis se pro
patria offerret ad mortẽ. Dc martyribus cla
rũ est q̃ mortẽ non timuerunt quã vitare po
tuissent si xp̃m relinq̃re voluissent. Sz ad phi
losophos veniam⁹. Recitat Augusti. li. i. dc ci.
dei. ca. xxij. Q̃ quidã phus Theobrctus noie
lecto Platonis libro de imortalitate aiar̃. de
muro se precipitẽ dedit. itaq; iterfecit semet
ipsũ. Et Lactantius li. iij. diui. instit. ait. Multi
ex his qui eternas esse aias suspicati sunt tã
q̃ in celũ imigraturi sibipsis manus intulerũt
vt Cleantes vt Crisippus vt Empedocles ⁊
Zeno. Et ex romanis Catho qui fuit in omni
vita sua socratice vanitatis imitator. ⁊ q̃ dc
cathone fit mentio. Sciendũ q̃ multi fuerũt
fic nominati. Mã fuit quidã catho censorin⁹

de quo fit mẽtio in libro ō amicitia. ⁊ in questionib⁹ tusculanis a Ciceronc. Et a Plinio in li. de viris illustribus. Et a Valerio in rubrica de studio ⁊ industria. Hic fuit eloquentissimus litteris grecis ⁊ latinis eruditꝰ multaqꝫ fecit magnifica ꝓ republica ⁊ consulẽdo ⁊ preliando. Qui vt scribit in speculo gestorũ mũdi tedio duplicis quartane affectus vt beatiore vita frueret semetipsũ interfecit. Fuit ⁊ alius Catho filius supradicti vir bellicosus. qui vt scribit. Frontinꝰ cũ in bello ꝑ macedonie regem pugnaret equo prolapsus cũ se recollegisset animaduertit gladiũ cecidisse e vagina quẽ fortiter recuperauit ⁊ vulneratis hostibꝰ ad suos rediit. Nõ exemplũ adeo romanos animauit ad preliũ ⁊ macedones terruit vt ipsi macedones vincerent. Fuit alius marcus catho filiꝰ supradicti ⁊ nepos censorini q consul in affrica diẽ clausit extremum. Catho ãt vticensis qui ⁊ portius fuit filius precedentis marci cathonis q vticensis dr̃ eo q ꝓ in vtica libie ciuitate se occidit. cã No fuit vt non subijceret cesari. qm̃ ipse pompeianas partes secutus fuerat. Mã vt ait Tullius in. i. de offi cijs. Mors turpitudini ac seruituti anteponẽda est. Ex hoc arguũt quidã probantes q aia sit imortalis er auctoritate Aristo. in. iij. ethicoꝝ. qui ait. q fortis dz se exponere morti pro salute patrie. ⁊ hoc fm̃ iudiciũ nãlis rõis. Sz nisi aia esset incorruptibilis non deberet hoc appetere. qz nõ esset simpliciter non cadit sub appetitu. Sed ꝑ hoc nõnulli obijciunt dicentes q etiã si aia moreret cum corpore adhuc velle sustinere mortẽ ꝓ liberatione prie ⁊ pro republica esset fm̃ iudiciũ rectũ rõnis. Nam melior est modicus actus virtutis intẽsus q̃ vita vitiosa vel cũ actu remisso ꝓ magnũ tẽpus. ergo fortis debz se exponere ꝓ bono virtutis. Et qz ipse est pars cõitatis cuius bonũ cõmune nãliter est magis diligendũ q̃ bonũ priuatũ. Et ista videt fuisse opinio Scoti quã improbat Landulfus in suo. iiij. di. xlij. Quia sicut lex ⁊ rõ naturalis prevalet oi legi ⁊ rõni maxime create. Ita bonũ entitatis naturalis prevalet oi bono cuiuscunqꝫ virtutis. vñ longe videt q sit eligibilius habere esse ꝑpetualiter ⁊ nõ virtuosũ esse moraliter non dico vitiosũ esse sed non virtuosũ q̃ habere esse morale ad modicũ tempus ⁊ postea habere ꝑpetuũ non esse. Similiter puto eligibilius habere ꝑpetuã entitatẽ incorruptibilẽ sine gloria patrie q̃ habere gloriosum esse ꝓ vnũ diem ⁊ postea ꝑpetuo anihilari. ⁊ tũ maius est bonuz patrie q̃ bonũ virtutis. hec Landulfus. Ricardus etiã de media villa in. iij. di. xxxiij. ita scribit. Si aia moreret cũ corpore vt falso quidam fuut opinati. homo nõ deberet velle sustinere mortẽ pro liberatione patrie. Primo qz fm̃ Augusti. in. i. de libe. arbi. Quisqs recte aliquid eligit appetendũ necesse est vt melior fiat cũ ad id puenerit qõ elegit. Melior ãt cẽ nõ posset qui nõ esset. Sed si aia moreret cum corpore hõ ꝓ mortẽ totaliter desineret esse excepta mã prima. Ergo moriendo voluntarie ꝓ liberatione patrie melior nõ esset. ⁊ sic non esset electio recta Scõo nõ debet hõ' voluntarie intermittere actũ virtutis alicuius nisi vt liberius vacet exercitio maioris virtutis. Sz multo magis esset ꝑ rõnem rectã eligere illud ad qõ sequeret ꝑpetua impossibilitas operandi fm̃ quãcunqꝫ virtutẽ. q̃ ad tempus intermittere actus vnius virtutis nõ ꝓpter exercitiũ alterius virtutis. Sed si aia moreret cum corpore hõ eligendo mori. eligeret illud ad qõ sequeret q amplius in ꝑpetuũ fm̃ virtutem opari non posset. Ista causa exercitij dicta sũt ⁊ vt silentiũ imponat̃ his qui dicunt non esse sufficiens immortalitatis argumentũ. q illi ō quibus mentionẽ fecimus superius ⁊ reliqui qui patriã dilexerũt imo ⁊ martyres qui xp̃m confessi sunt mortẽ nõ horruerunt. ¶ Scõm exemplũ in quo lucet aie immortalitas dr̃ apparitionis. de apparitiõe aiaꝝ diximus in sermone de transfiguratione ieſu xp̃i benedicti. ideo tantũ id nunc asserim⁹ q volente deo ad consolationẽ viuoꝝ sepius aie separate diuersimode apparuerũt. In legenda sancte Lucie scribit q orante ipsa cũ matre iuxta sepulchꝝ sancte Agathe. Luciã somnus arripuit viditqꝫ agathã in medio angelorũ gẽmis ornatam stantem ⁊ dicentem sibi. Soror mea lucia qd a me petis qõ ipsa poteris prestare continuo matri tue. Mã ecce per fidem tuã sanata est. Euigilans lucia ita inuenit. Mã passa fuerat eius mater annis multis fluxũ sanguis. Hieronym⁹ in vita pauli primi heremite narrat qualiter Antoni⁹ longe positus a cella pauli vidit angelos aiam eius deferentes qui morcurrẽs inuenit corpus pauli flexis genibus in modũ oratis erectũ ita vt ipsũ viuere extimaret. Sz cũ ipsũ mortuũ did.icisset dixit. O serã aia qõ gerebas in vita in morte mõstrasti. Cũ

aūt non haberet vnde sepulturā faceret vene
rūt duo leones ⁊ foueā parauerūt: sepultoq;
eo redierunt ad siluā. Ambrosius refert de be
ata agnete q̄ eius peracto martyrio cū paren
tes eius octaua die iuxta tumulū vigilarēt vi
derunt chorum virginū vestibus fulgentibus
radiantē inter quas viderunt beatā agnetez
simili veste fulgentē ⁊ a dextris ei⁹ agnū can
didiorē niue stantē: quibus illa ait. Videte ne
me quasi mortuā lugeatis: sed cōgaudete me
cū ⁊ congratulamini. q̄ cū his oībus lucidas
sedes accepi. ℙ Propter quā visionē ecclesia ce
lebrat festū agnetis scōo. Constantis aūt vir
go filia constantini lepra grauissima laborās
cū hanc visionē audisset tumulū eius adijt: ⁊
ibi dū oroni insisteret: obdormiuit. viditq; be
atā agnetē sibi dicentē. si in xp̄m credideris cō
tinuo liberaberis. ad quā vocē cuigilans per
fecte se sanatā inuenit. q̄ baptismū recipiens
sup corpus btē agnetis basilicaz fecit ⁊ ibi in
virginitate pmānsit. In vita sanctaz Rufine
⁊ secunde ponit qualiter apparuerūt cuidā
matrone noie plantille he due sorores fuerūt
virgines romane: parētibus clarissimis geni
te. Asterio. s. ⁊ aurelia que nupserūt armenta
rio ⁊ verino: q accusauerūt eas q̄ xp̄iane eēnt
tpe Valeriani imperatoris ⁊ capte ac tradite
donato prefecto post multa verba iussit rufi
nā prius cedi. qō videns soror clamare cepit
ad iudicē. Quid est q̄ sororē meā glorificas ⁊
me inhonoras. Tandē post mltā vtriq; illa
ta tormenta ducte fuerūt in siluā in via corne
lia ab vrbe roma miliario decimo in fūdo qui
vocatur bureco: ibiq; ruffina capite truncat.
Secunda pcutit ⁊ earū corpora feris vorāda
linquunt. Deniq; ℙ Plantilla matrona in cui⁹
prędio hoc factū est vidit eas in visu sedentes
gēmatas in thalamo ⁊ dicētes sibi: ℙ Plantilla
desine a flagicijs ydoloz ⁊ crede i xp̄m ⁊ veni
in prędiū tuū ⁊ corpora nr̄a sepeli qō illa fecit
Brego. in. ij. dialogoz libro affirmat de sctō
Būdicto q̄ dū moraret apud montē cassinuz:
nocte quadā dū p fenestrā cellule conspiceret
⁊ oraret vidit fusā lucē desup cunctas noctis
tenebras effugasse. Subito aūt totus mundus
velud sub vno solis radio collectus añ oculos
eius adductus est. ibiq; aiam germani epi ca
puani ad celū deferri vidēs. Cōperit aūt post
ea q̄ illa hora migrasset a corpore. De sanctis
geruasio ⁊ pthasio geminis fratribus q̄ mar
tyrio coronati fuerunt in ciuitate mediolani
scribit Ambrosius in sermōe q̄ legit in officio
matutinali festiuitatis eoz: qualiter cū eoruz
corpa trecentis annis ⁊ vltra latuissent ab eo
reperta sunt mō qui sequit. Quodā nāq; qua
dragesimali tpe ipsi in oroni posito: nec apte
vigilanti nec integre dormienti apparuerunt
duo pulcherrimi iuuenes vestibus candidissi
mis. i. colobio ⁊ pallio induti caligulis calciati
secū manibus extensis orantes. qua visiōe ela
ta rogauit dominum vt cum ludificari non
sineret. si Xo aliquid visio illa expeteret boni
iterum appareret. Simili modo canente gal
lo orantes secum iuuenes apparuerūt. Tertia
Xo nocte nō dormienti sed stupenti cū tertia
sibi apparuerunt ꝑsona que fil⁹ is paulo ap̄lo
videbatur fm q̄ in pictura prospexerat illisq;
tacentibus ap̄lus sibi dixit. Iste fūt qui nihil
terrenū desiderantes monita mea sunt secuti:
quoz corpora in eo reperies loco in quo stas
duodecim pedū altitudine terre coopertā ar
cham reperies: ⁊ ad caput coz libellus in quo
ortus eoz continet ⁊ finis. Ita cni sepelierat
illa corpora philippus quidā xp̄ianus. Conuo
catis ergo vicinis coepiscopis: ipse ambrosi⁹
pnoz terre fossoz accessit. Et ois ,put dixerat
sibi paulus i illa visiōe inuenit. Corpora Xo
ita sunt repta ac si ipsa hora ibidē fuissent po
sita. Insuper ⁊ odor mirabilis inde flagrabat:
mltaq; ibi miracula illoz meritis comissa sunt
Et vt ingt Aug⁹ li. xxij. de ci. dei. In illis die
bus ipso presente ⁊ imperatore ac multitudine
gēnū: cecus quidā ad corpa martyrū geruasij
⁊ prothasij lumen recepit. In hac inuentione
pax inter longobardos ⁊ romanū imperiū re
formata fuit. Ideo Bregorius papa in intro
itu misse cantari instituit. Loquet dn̄s pacez
in plebē suā. De pre Xo beato Francisco nar
rat dn̄s Bonauentura. q̄ hora transitus eius
minister fratrū tūc tpis in terra laboris augu
stinus noie in extremis laborās cū iā din pdi
disset loquelā audiētibus qui astabant subito
clamauit ⁊ dixit. Expecta me pr̄e expecta ecce
iā venio tecū. Querentibus aūt fratrib⁹ ⁊ mi
rantib⁹ cui sic loqueret. btm̄ frāciscū eunte in
celū se videre asserunt. Statiq; ℔ dicto ⁊ ipse fe
licit requeuit. Eadē hora epo assisinati qui ad
oratoriū michaelis archāgeli ℔ deuotōe acces
serat in monte gargano btūs franciscus iocū
dus apparens mundū se dixit relinquere ⁊ ad
celū cū exultatōe transire. Mane surgens eps
socijs narrauit que vidit. Et assisiū rediens cū

perquisiſſz ſollicite certitudinaliter cōperit. q̄ ea hora qua ſibi p̄ viſionē innotuit beatus pater ex hac vita migrauit. Inueniunt̄ t alie huiusmodi appartiones quas longuz eſſet enarrare. Ex quibus cogimur indubitanter tenere q̄ aīa ſit immortalis. ¶ Tertiū exemplū dicit exauditiōis. Quiſnā non videat t per experientiam comprehendat quot t viri t mulieres qui in ſuis neceſſitatibus ſctōrum t ſanctarū precipue virginis immaculate matris dei implorāt patrociniū: exaudiātur. Taceamus miracula que ſup hoc indies in eccleſia clareſcūt Oculos tñ cordis t corporis cōuertamus ad ſacra templa q̄ in dei t celoruz regine aliorūq̄z honore p orbem conſtructa ſunt. Cur nō miremur in tantarū imaginū aliarūq̄z rerū aſpectu in quibus indicant̄ q̄ hoies in tribulationibus poſiti interuenientibus ſanctis liberati fuerunt. Sunt in italia eccleſie deuotiſſime virginis noie dedicate. Sancta maria de martyribus apud melfictū in Apulia. Sācta maria de caſali apud Brunduſiū. Sancta maria de angelis apud Aſſiſiū. Sancta maria de loreto apud Rachanetū. Sancta maria annunciata Florentie. Et alie ſic vulgo noiate. in q̄bus cernunt̄ in imaginibus cereis t argēteis aliiſq̄z rebus oblatis būficia ſuſcepta ab illis qui ſe virgini cōmendarunt. Quid rōnes que rimur? Quid pbor ſententias exquirum⁹? cū ipſi effugere nō valeamus tā varia tāq̄z luciditſſima immortalitatis aīaz exempla. ¶ Secundū dubiū principale fuit vtrū aie ſeparate tranſferant̄ ad aliqua loca. Et circa hoc triplex inuenit̄ opinio falſa quorundā. Prima eoz q̄ dixerunt aias tranſire de corpore in corpus: ita q̄ cū ſeparat̄ ab vno vnit̄ alteri t poſt ea alteri vſq̄z ad corpa beſtiaz. Et hec opinio aſcribit̄ ipſi Platoni. de q̄ ita ſcripſit Aug⁹ li. x. de ciui. dei ca. iij. Platonē aias hoim poſt mortē reſolui vſq̄z ad corpora beſtiaz dixiſſe certiſſimū eſt. Sed mirandū eſt ꝓfecto platonē talia fuiſſe locutū: de quo Valeri⁹ in rubrica de ſtudio t induſtria inquit. Plato cūctoz mortaliū ſapientiſſimus habebat̄ adeo q̄ ſi a celo iupiter deſcendiſſz nec elegantiori nec beatiori facundia eſſet vſurus. Refert adhuc de ipſo Apuleius in li. de vita Platonis. q̄ cum Ariſton p̄ eius ad ipſū inſtruendū deferret ad Socratē nocte precedēte viderat in quiete doctor ſocrates q̄ pullus odoris t candoris crimij vociſq̄z ſonoris ipſius volabat in ſinū poſtmodū de ſinu eriens cantando volabat i celū. Luz mane vidiſſet puerū ſibi adductū dixit ſomnū cōpletū eſſe. Quid plura? vt ſupi⁹ cōmemoranimus de imortalitate aīaz copioſe diſſeruit. Quō igit̄ ad tantā inſaniā deueniſſe credendus eſt vt circulationē illā aiaruz poſuerit: niſi forte diterim⁹ q̄ vt hō errare potuit ac ſibimet ꝑdicere. Tñ quicqd ſit ō eo opinionē iſtā impiiſſimam expugnare debemus Ingt eni Riccardus in. iiij. di. xliij. q̄ ꝑ illā ñ tñ eſt ſcriptura ſacra imo omis philoſophia. Dñ Ariſto. i. i. de aīa redarguit pithagoricas fabulas dicentes quālibet aiam qlibet corp⁹ poſſe ingredi ex eo q̄ videt vnūquodq̄z corp⁹ hr̄e ſpeciē t formā ꝓpriā. Et. ij. de Aia dicit q̄ nō cōtingit aiam accipe qlibet corpus. q̄ vniuſcuiuſq̄z actus aptus natus eſt fieri in ꝓpria mā. Et inde ē vt ponit Tho. i. pte. q. cxvij q̄ aia ſepata ſua nāli virtute nō pōt mouere aliq̄d corp⁹. Et licet corpa obediāt angelis ad motū localē nō tñ obediunt aie ſeparate. Nō q̄ angeli ſunt ſubſtantie ſpūales quarū virtutes nō determinant̄ ad aliqua corpora t ſunt nāliter a corpibus abſolute. Et iō diuerſa corpora eis obedire pñt ad motū. Sed cū alicui⁹ ſubſtantie ſpūalis ſepate virtus motiua determinet̄ nāliter ad mouendū aliq̄d corpus ñ poterit illa ſubſtantia mouere corpus maius ſed minus. Dñ cū aīa ſm ſuā nām determinetur ad mouendū corpus cuius eſt forma nullū aliud corpus ſua nāli virtute poteſt mouere. Quare merito condēnant̄ hi qui fallacijs demonū facile credunt dū ipſi quorundā viuoz corpa obſidentes ſimulant ſe eſſe aias defunctoz. Fuerūt ciuſmōi deluſiōes q̄ꝑplurime diebus meis ſicut ſcripſi in libro de timore iudicioz dei de illa q̄ neapoli obſeſſa fuit t q̄ꝑplurimos in erroꝛē ducebat: dū diabolus qui loq̄bat ꝓ eā fatebat̄ ſe aiaz comitis iacobi piccinini. Anno inſup dñi. M°.cccc°.xl. In partibus terre ydronti t terre bari multi ſic obſeſſi aiebant ſe eſſe aias quorundā qui diebus illis ex hac vita migrauerant. In vrbe predicante me ibi Anno dñi. M°.cccc°.lxxiij. decapitat⁹ fuit quidā iude⁹ eo q̄ aliū de ſuo genere interfecerat. p⁹ paucos vo dies puella q̄dā hebrea log cepit nūc in ꝑſona vni⁹ illoz nūc i ꝑſona alteriuſ. Et dū ābor ptes ꝓcurrerēt ad nouū ſpectaculū apiebant mlta ſecreta dom⁹ illoz rūdebantq̄z adiurogata ſic faciebāt dū viuerēt hortabant̄q̄z ſuos vt ſe inuicē pacificarēt

Multaq; confinxerũt mendacia pollicentes iudeis eternã salutẽ. Tandẽ demones illi reliquerũt puellã: t sic cessauit rumor exortus in plebe. Scõa falsa opinio fuit aliox q crediderunt aias separatas latitare in sepulchris suorũ corpox seu in locis vbi ossa vel cineres suorum corpox seruarent. Ideo de xpo vt scripsimus in sermone de resurrectione laçari ingt Theophil⁹ altius clamauit vt refrenaret ora gentiliũ fabulantiũ in tumulis latitare aias defunctox: quare alta voce dixit. Laçare veni foras quasi aduocaret de longinquo. Non est igit opinio illa vera neq; vllo pacto admittẽda. Tertia falsa opinio est quorundã qui dixerunt q aia nõ est in locis corporalibus sed corporaliũ similibus siue in requie siue in doloribus: q aia separata nõ dependeat a loco corporali. Sz huic opinioni obstat tota theologox turba qui oẽs in hanc sententiam cõueniunt: videlicet: q aie post mortem sunt in aliquib⁹ receptaculis. Nam vt ingt Riccardus in. iiij di. xlv. Sicut angeli qui sunt spũs sunt in aliquibus corporalibus locis nõ circũscriptiue sed diffinitiue: sic t aia separata non obstante q sit spiritus. Et q̃uis aia separata non magis conueniat cum vno loco quã cũ alio ratione sue essentie cum ex loco natura eius nõ dependeat: tamen ꝓpter operationes quas in loco exercere debet vel circa eam debent exerceri magis sibi cõuenit vnus locus q̃ alius. Ex quo duplex illi locus debetur. Primus penalis. s. infernus. de quo ait Seneca in tragedijs. Ingens vorago faucibus vastis patet. Latũq; pandit oribus populis iter. Sunt xo in inferno quattuor mansiones. Prima inferior ĩ qua sunt aie damnate pro solo peccato mortali actuali que puniuntur pena sensus. de hoc dicitur in tragedijs Senece. Ipsaq; morte peior est mortis locus. Scõa mansio in q̃ sunt aie ꝓ solo peccato originali damnate que puniuntur tm̃ pena damni. Tertia mansio est in qua de lege cõmuni purgantur aie que decesserunt in charitate conferentes secũz aliquod purgabile. Quarta xo mansio est in qua requiescebant aie que decedebant cũz charitate que nihil purgabile secum portabant: vel que portauerunt t purgate erant. hec ante xpi aduentũ dicebatur sinus abrahe. Quia eni abraham primus ab infidelibus separauit se t fidei signaculũ distinctiuũ accepit. Ideo locus requiei qui debebat aie ꝓpter fidez charitate formataz sinus abrahe dictus est. Post xpi xo aduentũ quarta ista mãsio vacua est: qm̃ apta est ianua celi merito passionis xpi: t aie decedentes in charitate nihil purgabile secuz ferentes statim euolãt. Vnde patet q nõ cũdẽ locũ intelligimus mõ sinũ abrahe cũ rogamus aias in illũ deferri: cum eo qui ante xpi aduentũ sinus abrahe dicebat. Scõus locus qui debet aiabus separatis est locus delectabilis celũ videlicet empirreũ. de q̃ suo loco abunde dicemus. Propter que omia vt ponit Lactantius li. iij. diuina. insti. Esse inferos Zenostoicus docuit: t sedes quidẽ pioz ab impijs esse discretas. Et illos quidẽ quietas ac delectabiles incolere regiones. Mos xo penas luere in tenebrosis locis t ceni voraginibus horrẽdis. Et Seneca in tragedijs inducit thesum dicentem. Quisq; placide potẽs dñsq; vite seruat in vacuas manus. Et in cruentuz mitis imperiũ regit. Animeq; parcit longa ꝓ mensus diu. Felicis eui spatia vel celuz petit Vel leta felix nemoris helisij loca. Scõm oẽs poetas helisij campi pioz apud inferos sunt in quibus vt ipsi dicunt bonorum sedent aie. ¶ Tertiũ dubiũ principale fuit. vtrũ loca faciant ad delectationẽ vel penã aiabus separatis. Et ad hoc ita rñdet Riccardus vbi. s. Q̃ receptacula corpalia aiarum in aliquo augẽt delectationẽ earum vl̃ afflictionẽ. Celũ enim empirreũ q̃uis in nullo augeat aiaz beatarũ delectationẽ essentialẽ in aliquo tñ auget delectationẽ accidentalem in q̃ntum ille aie locũ illum plus q̃ alia diligunt: presentia autẽ rei dilecte aliquã causat delectationẽ. Ratio aũt quare illũ locũ pre ceteris diligunt triplex est. Vna quia sciunt locum illũ sibi esse deputatũ a deo quem sũme diligunt. Alia q̃ in illo ꝓpter excessum nobilitatis sue nature sup alia corpora expressius q̃ in alijs locis refulgere tanq̃ in effectu diuinã bonitatez conspiciũt Tertia q̃ illius loci sublimitas luminositas t imobilitas suã spũalez sublimitatẽ t luminositatẽ t quietis ppetuitatẽ expressius q̃ qualitates alioz loco: repsentant. Vnusquisq; aũt ceteris paribus plus diligit illud qõ ẽ magis repsentatiuũ sue nobilitatis. Receptacula ẽt damnatoz in aliquo augent coz afflictõnem q̃ locũ illũ odiunt triplici de causa. Prima q̃ sciunt ipsum sibi foze deputatũ a diuina iustitia quam odiunt. Alia q̃ illius loci vilitas est obligationis sue ad penam perpetuã

rememoratiua seu repsentatiua. Tertia q̄ est contentiu⁹ ignis illius quo affligunt. Ex hoc Tho.i.pte.q.lxiij. dicit q̄ locus nō est penalis angelo aut aie quasi afficiens alterando nām: sed q̄si afficiens voluntatē xp̄istando dū angelus vel aia apprehendit se esse in loco nō cōuenienti. Receptaculū āt in q̄ purgant aie in aliquo auget eaꝝ afflictionē nō q̄ ipsū odiāt volūtate deliberatiua cū sint in charitate ꝛ sciant illū sibi esse assignatū ad tps a diuina iustitia quā diligūt ad eaꝝ purgationē. Sz q̄ ipm nāli motu voluntatis refugiūt sub rōne qua suā obligationē ad penā q̄uis tpaneā repzesentant ꝛ sub rōne q̄ ignē ptinet q̄ affligūtur.

¶ Quartū dubiū p̄cipale fuit vtrū aie separate exeant aliq̄n de locis ad q̄ trāsierūt. Et q̄dā dicunt q̄ nō. ex eo q̄ Job. vij. scribit. Qui descendit ad inferos nō ascēdit. Insup Aug⁹ li. de cura ꝓ mortuis agenda ait. Si in rebus viuētiū interesset aie mortuoꝝ me piam mē nulla nocte desereret q̄ me terra mariq̄ secuta est vt mecū viueret. Si g̃ exirent aliq̄n de receptaculis suis aliq̄n interessent rebus viuentium. Alij ꝑtū, pbāt ex eo q̄ vt scribit Matth. xvij ca. in transfiguratione saluatoris nr̄i moyses apparuit cū helia. Ob q̄ Aug⁹ li. p̄tacto ait. ad viuos aliq̄s mitti ex mortuis. ꝓpo hac ambiguitate remouēda rñdet. Riccard⁹. q̄ aliq̄n aias exire de receptaculis suis dupliciter pōt intelligi. Vel ꝓ diuinā potentiā: vel ꝓ nām p̄priā. Primo mō de inferno ꝛ de celo exeunt alique aie non in ppetuū sed ad tps nec de lege cōi sed ex aliqua speciali cā. Sic ēt ō purgatorio aliq̄ exeūt ad modicū tps añ expletiones pene suę post cuius expletionē illuc amplio nō reuertunt. In iudicio āt oēs aie tam existētes in celo q̄z in inferno exibunt fm cōem legē de nūe iusticie ad cadē iterū loca cū suis corporibus reuersure ꝛ in eis in ppetuum pmansure Per nām Yo ,ppriā dixerūt quidā nō posse aias de suis receptaculis exire affirmantes q̄ aia humana nullo mō est mobilis fz locū nec p se nec p accidens. Et si ponat alicubi p substantiā suā nūq̄z movebit de vbi ad vbi. Sed articulus iste excōicatus est a dño Stephano epō parisiensi. Ideo fm Riccardū dicendū ē q̄ de suis receptaculis exire possent aie que vellent nisi ,phiberent a superiori virtute. Sz de lege cōi exire ,phibent ille q̄ sūt in purgatorio ante expletā penitentiā. ꝛ ille q̄ sunt in inferno ante iudiciū. Ille Yo que sūt in celo exire nolunt vsq̄z ad tps resurrectōis resūptionis. s. corpoꝝ suoꝝ. nisi aliq̄n videant placere deo ex aliq̄ speciali cā. Vñ videt aliquibus q̄ oēs descenderūt de celo in obitu btē virginis marie pp eius reuerentiā: ꝛ cū ea iterū ascenderūt in celū. Ab Augustino ergo dicunt aie nō posse interesse rebus viuoꝝ p ,ppriā nām q: eaꝝ virt⁹ nō pōt ꝓportionari virtuti qua ꝓ hibent. Jō p hec dicta soluunt oēs ꝓplexitates. Si igit nō habem⁹ hic ciuitatē manentez Si tā felix iocundaq̄z bñfacientib⁹ habitatio disposita est. Si regnū celoꝝ pacifice possidē dū nobis ,pmittit contēnam⁹ infima hec atq̄z terrena. Et queramus que sursū sunt vt sic ꝓuenire possim⁹ ad regionē illā opulentissimā btōꝝ in qua deus bñdictus viuit ꝛ regnat in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo vigesimusquartus de ꝓceptōe btē marie virginis de q̄ varie sunt opiniones doctoꝝ: licet festū ab ecclesia celebret.

Mondū erant abyssi ꝛ ego iā ꝓcepta erā. Sapientis verba sūt ista originaliter ꝓuerbioꝝ viij. ca. ꝛ in epla hodierne festiuitatis. Ob singularē ꝛ ꝑcipuā reuerentiā quā totus mūd⁹ ad virginē gloriosissimā gerit festū ꝓceptionis eius annuatim p terraꝝ orbē solēniter celebrat. Sunt enī tot innumera amplissimaq̄z beneficia meritis ꝛ intercessione illius pijssime matris a deo p̄re ipsiusq̄z filio ꝛ spū sctō nobis exhibita vt merito ad eā colendā laudandā honorandāq̄z oibus viribus obligemur. Ipsa nos ,ptegit ab hoste maligno. Ipa iratū deū pp excrescētes mortaliū iniquitates sepissime placat. Ipsa nomē eius inuocantib⁹ ꝓsidia liberalissime ꝓstat. Et nō ē q̄ se absōdat a caloꝝ charitatis ꝛ benivolētie sue. Qua ,ppter vt hodierna die ꝓceptiōis illius dignitas agnoscat de ipsa in p̄nti sermone quedaz perpulchra dicemus: audientes auribus cordis virginē benedictā dicentē verba in themate posita. Mondū erant abyssi ꝛ ego iam ꝓcepta eram. In qbus triplicē virginis conceptionē distinguemus.

Prima dr̄ diuinalis.
Scōa supernalis.
Tertia maternalis.

¶ Q: deus ab eterno concepit virginē in sua mente oibus puris creaturis preferendam.

Capitulum j.

Prima virginis illibate conceptio dr oi uinalis.qñ.s.ab eterno deus cõcepit illã in sua mẽte. Ad qõ intelligendũ scire debem⁹ q ꝓpositũ cordis dr cõceptio.vñ cũ quis deliberat aliquid facere dicere solet ita cõcepi aio Sic deus ante cõ aliquid crearet in sua voluntate firma ⁊ icõmutabili ꝓposuit creare vnã puellã virginẽ sanctissimã q̃ esset filij sui vnigeniti futura mr:spũs sci camera:porta paradisi ac celi regina. Sed hoc loco querenduz est vtrũ beata virgo fuit ꝓducta ante oẽm creaturam. Nam de ipsa ecclesia dicit illud Eccle fiastici.xxiiij.ca. Ab initio ⁊ ante secula creata sum. Et iterũ in epla huius solemnitatis inducitur virgo dicens illud Prouerbioꝝ.viij.ca. Dñs possedit me ab initio viaruz suarũ añ cõ quicq̃ faceret a principio. Ab eterno ordinata sum ⁊ ex antiquis ante cõ terra fieret. Nec dum erant abyssi ⁊ ego iam cõcepta erã. Nec duz fontes aquarũ eruperant.nec dũ montes graui mole constiterant. Ante oẽs colles ego parturiebar. Que verba ita sonare videnr q ipsa producta fuerit ante productionẽ quarũcunq̃ rerũ. Et si diceretur q ipsa loquit cõtũ ad esse qõ habuit in mente diuina non in proprio genere.neq̃ sic erimus de veritate declarati cũ fm doctrinã dñi Bonauẽture in.i.di. i. Oia que nunc sunt queq̃ fuerunt a deo producta ⁊ ꝓducenr vsq̃ in finẽ fuerunt ab eterno in deo fm causatiuã potentiã ⁊ fm filitudinis presentiam que tñ habent ex tpe actualem exister̃tiã. Elementa itaq̃ ⁊ corpora celestia angeli ⁊ hoies ⁊ cuncta que sunt fuerunt in mente diuina ante cõ essent:ergo non magis hoc competit virgini dignissime cõ reliquis creaturis. Et si dicimus q virgo fuit in ꝓprio esse vel genere ante oẽm creaturã tunc irridere nos possent fidei ⁊ religionis nostre aduersarij:cum btã virgo nata fuerit ex Joachim ⁊ anna ser̃ta etate mundi: que iesum peperit eadem etate ⁊ ab vrbe condita anno septingentesimo quinquagesimo octo. Ideo in hac pte inducimus sniam Augustini.xij.libro confessionũ vbi ait.q aliquid dr prius altero quattuor modis. Primo eternitate sic deus pcedit omnem creaturã. Scõo origine sicut sonus precedit cantum. Tertio tpe sic flos precedit fructũ Quarto electione vel dignitate. sic aliquis peligit fructũ magis cõ florem. Virgo igit fuit prior oi creatura excepta natura creata sui'dilectissimi filij electione siue dignitate. Sicut a simili dixit de xpo ioãnes baptista Joãnis.i. ca. Ipse est qui post me venturus est qui ante me factus est fm diuinitatez :de xpo dicimus genitũ nõ factũ: fm humanitatẽ Xo dũ xpm cõcepit virgo ioãnes in vtero matris agebat sertũ mensem. Quare Bregorius in omelia exponit ante me factus est.i.mihi prelatus in dignitate. Et si obijceret q angeli sunt prestãtiores ⁊ digniores hoibus cum sint intellectuales substantie quõ virgo sanctissima angelicam sublimitatẽ excederet põt. Ad hoc rñdere possum⁹ ex dicti dñi Bonauen.i.i.di. xliiij.in questiõe vtrũ deus potuit virginẽ facere melioꝛẽ. Q beata virgo põt considerari triplicit Primo cõtũ ad statum nãlis condutionis: ⁊ sic fuit paulominus ab angelis minozata. Angelus enim fm suã essentialem nãm potior est virgine. Scõo cõtũ ad gram conceptionis q̃ data est ei vt cõciperet xpm esset q̃ verissima eius mater. Et cõtum ad hoc transcendit dignitatẽ oim creaturarũ:oim hoim: oimq̃ angelorum. Nam in illo vno consensu cum dixit. Ecce ancilla dñi:plus meruit consentiendo in conceptionẽ xpi cõ oẽs creature siue angeli siue hoies in oibus suis actibus motibus ⁊ cogitationibus. Et quidẽ oẽs quicunq̃ meruerunt nihil plus potuerunt mereri nisi fm diuersos status gloriã felicitatis eterne. Hec ãt virgo illo glorioso consensu meruit primatum orbis:dñm vniuersi:extinctionẽ fomitis ⁊ oim gratiaꝝ:donoꝛũ ⁊ virtutũ plenitudinẽ sceptrũ regni sup oẽs creaturas:fecunditatez in virginitate. ⁊ maternitatez vnigeniti filij dei. ⁊ vt adoret in regno celoꝝ adoratione dulie digniorꝛ. Tertio põt considerari btã virgo cõtũ ad excellentiã glorificationis:q vt ecclesia cantat. Exaltata est sctã dei genetrix sup choꝛos angeloꝝ ad celestia regna. Ipsa nãq̃ fuit illud indiuiduũ singulare qõ ⁊ si nõ in nã in gra tñ ⁊ gloria oibus angelis est prelatũ Dignitas ãt gre ⁊ multo plus dignitas glie incõparabiliter transcedit dignitatẽ nãe. Nam ⁊ hoc seruat adhuc in demonib⁹ in quib⁹ dona nãe manẽt integra ⁊ splendidissima cũ tñ ipsi vilissimi ⁊ turpissimi abiectissimi pp culpam habeant:magnificata,ergo fuit a deo tã p̃clare virgo illa delicatissima vt preter filiuz eius nulla creatura possit exequari. O femina sup oia ⁊ ab oibus bñdicta:preelectũ ⁊ dignissimũ vasculũ fabricatũ a primo artifice:crariũ

diuinoꝝ charismatū. Elegit te deus ⁊ ꝓelegit vt in tabernaculo tuo deus ⁊ hō nouē mēsibꝰ habitaret. Audeo dicere q̄ pp virginē in mēte diuina conceptā p mlta annoꝝ milia añq̄ nasceret humanū genus fuit ꝓseruatū in ee Constat enī q̄ ꝓ prima transgressione Adā ⁊ eua nō solū mortis sed annihilationis exterminiū meruerūt. Et diuina vltio q̄ acceptōez ꝓsonaꝝ ignorat. sic nec culpā angelicā sic nec humanā dimisisset impunē. Sed pp precipuā reuerentiā quā ad virginē habebat q̄ eaz ab eterno sup oēs creaturas nō vniendas deo q̄ creande erant dilexit ꝓseruari fūr ꝓthoplausti nec in nihiluz redacti. Nō est q̄ hec puella erat in lūbis Ade fm rōnem seminalē: ⁊ potētia ꝓducēde puelle erat ipressa in primis parentibus donec in actū educeret. De ea āt debebat nasci iesus qui in adā erat solū fm corpulentā substantiā de virgine educendꝰ ⁊ de nulla alia. Indulsit ergo deus primis parentibus nec eos annihilauit: q̄ sic nō fuisset nata beata virgo ⁊ p ꝓsequens nec iesus siue deus carnē humanā vestisset. Ergo p istā nobilem creaturā saluauit deꝰ primos parentes de prima transgressione: ⁊ Noe de diluuio: ⁊ Abraham de cede regū: Isaac de ismaele: Jacob de esau. Populū iudaicū ō egypto: ō manu pharaonis: ō mari rubro: de ptātē diuersoꝝ regū tyrānoꝝ: de Nabuchodonosor ⁊ captiuitate babilonica: Dauid ō leone: ō Golia ⁊ ō Saul Et breuiī oēs indulgentias ⁊ liberationes factas in veteri testamēto ñ dubito deū fecisse nisi ꝓ hꝰ amore puelle ⁊ reuerētia quā deꝰ abeino ꝓordinauit suis cūctis opibus ꝓponēdā. Cq̄ angeli a principio cognouerunt xp̄m de virgine nasciturū. Capitulum.ij.

Secūda ꝓceptio virginis admirande dr supnalis. Cōceperūt q̄dē illā angeli dū a ꝓnº sue btitudinis cognouerūt xp̄m icarnādū ⁊ ex cōsequenti de virgine nasciturū. Ad qō plene intelligendū dicit sctūs Tho. i. pte. q. lvij. q̄ in angelis est duplex cognitio. Vna nālis fm quā cognoscūt res tū p existentiā suaz tū p species innatas ⁊ hac cognitōe mysteria grē cognoscere nō pūt q̄ ex pura dei volūtate dependent. Si enī vnus angelus non pōt cognoscere cogitatōes alterius ex volūtate eius dependentes multo minus potest cognoscere ea que ex sola dei voluntate dependēt. Est āt alia angeloꝝ cognitio que eos beatos facit q̄ vident verbū ⁊ res in verbo: ⁊ hac quidē visione cognoscunt mysteria gratie ⁊ quidē omia nec equaliter oēs: sed fm q̄ deus eis voluerit reuelare: ita tū q̄ superiores angeli pspicatius diuinā sapientiā cōtemplantes plura mysteria ⁊ altiora in ipsa dei visione cognoscūt que inferioribus manifestant eos illuminādo. Et hoꝝ etiā mysterioꝝ: quedā a principio sue creationis cognouerūt: quedā Ño post modū fz q̄ eoꝝ officijs cōgruit. Quare ⁊ mysteriū incarnationis in generali sumptū oibus reuelatuz est a principio sue beatitudinis. Cuius rō est q̄ hoc ē quoddā generale principiū ad qō oia eoꝝ officia ordinantur. Oēs enī sunt administratorij spiritus in ministeriū missi ꝓpter eos qui hereditatē capiunt salutis. vt dr ad Hebreos ca.ij. qō quidē fit p incarnatiōis mysteriū. Vnde oportuit ō hoc mysterio oēs a principio cōmuniter edoceri. de hoc sic dic Augº li. v. sup Genesim ad litteraz. Sic fuit incarnationis mysteriū absconditū a seculis i deo vt tū innotesceret principibus ⁊ ptātibus in celestibus. Loquendo tū de sacramento incarnationis q̄tū ad specialeꝫ conditōes. Sic nō oēs angeli a principio de oibus sūt edocti: imo quidā etiā superiores angeli post moduz didicerunt. vt refert Dionysius. vij. ca. de celesti ierarchia. Ñ paulus ad Ephesios. iij. ca. dicebat. Mihi āt oim sanctoꝝ. i. apl'oꝝ mi nimo data est gr'a hec in gentibus euangelica re inuestigabiles diuitias xp̄i ⁊ illumiare oēs que sit dispensatio sacramenti. i. redemptōis q̄ xp̄m facte que dispensabilis est gentibus sic ⁊ iudeis fm glo. Nicholai de lira. absconditi a seculis in deo q̄ oia creauit vt innotescat principibus ⁊ ptātibus in celestibus p ecclesiam multiformis sapientia dei fm prefinitionē seculoꝝ quam fecit in xp̄o iesu dño nr̄o. hec ibi. Hoc loco dicit Nicholaus de lira q̄ angeli sancti non cognouerūt ad plenū mysteriū xp̄i incarnati extendendū ⁊ dilectionē vsqz ad vocationē gentiū: donec predicātibus apl'is fuit impletū. Quia ante habuerūt tm̄ simplicē noticiā que pōt dici abstractiua inq̄tum est rei non presentis. Sed q̄n fuit impletū habuerūt noticiā experimentalem siue intuitiuā. Sicut astrologꝰ p motū celi certitudinaliter cognoscit eclipsim futurā tū adhuc perfectius eam cognoscit q̄n videt eā actu existentē. Alij Ño dicūt q̄ angelis innotuit mysteriū xp̄i de vocatione gentiū simplicit ⁊ oi mō p ecclesiā. i. p predicationē apl'oꝝ qō tū q̄tuz ad hoc antea

nullo mō cognouerant. Quicquid sit negare nō possum⁹ q̄ a principio sue btitudinis vt ē predictū reuelationē habuerūt de xp̄o de virgine nasciturο. ¶Puto nanq̄ q̄ post illā solennissimā victoriā quā habuerunt de lucifero t sequacibus suis dū plenā btitudinē obtinuissent. Quia angelox ruentiū sedes erāt vacue benigne rex celox excelsus de⁹ suo mō oībus dixerit. O astra matutina. O mee creature nobilissime. Gaudete t exultate qm̄ ex hoīb⁹ saluādis iuxta vnius cuiusq̄ merita vīi ordines pficient t implebunt ruine. Ad id xo exequē dū dō venerit plenitudo tpis. Sponsā accipiam puellā vnā virginē t plenaz gr̄a in cuius vtero spū sctō cooperante incarnabit filius meus vnigenitus t dilectus. Sonuit hec vox cū ingenti leticia in mentibus angelox qui p multa annox milia virginē pijssimā prestolātes miro illā colebant affectu: nec angelis tm̄ innotuit virgo dei filiū in suo vtero gestatura. Sed insup multis patrib⁹ patriarchis atq̄ ꝓphetis quibus incarnationis mysterium fuit diuinitus reseratum.

¶ Q̄ beata virgo absq̄ infamia culpā originalem contraxit a qua fm opinionē aliquox preseruata fuit. Capitulum.iij.

esse factū vt saluarek proprietas ordinū: qz ad angelos ptinet dirigere actus alicuius hois q ad ipsū tm pertinent. vñ dicunk minima nunciare. Ad archangelos vo pertinet dirigere actus hois in totā multitudinē redundantes vñ z medij. s. archangeli dicunk quasi principes angeli. Quia ergo cōsensus virginis qui per angelum requirebak erat actus singularis psone redundans in vtilitatē multitudinis: imo totius hūani generis. Ideo credik q fuerit de ordine archangelorz z q fuerit sūmus i illo ordine. Et hoc videk habere firmitatē ex eo q ecclesia cantat. Gabrielē archangelū scimus diuinitus te esse affatū. Alij autē opinātur angelū illum fuisse de ordine seraphin. qm vt Gregorius dicit. Summū angelū venire dignū fuerat qui summū oim nūciabat. Nec incōueniens q p tanta re singularissima singularis nuncius mitteret qui esset oim angelorz excellentissimus. Dictus est autē gabriel: qz vt Grego. dicit in omelia. hoc nomen officio suo congruit. Gabriel enim dei fortitudo noiatur. q dei ergo fortitudinē nūciandū erat qz virtutū dñs z potens in prelio ad debellandas potestates aereas veniebat. ¶ Secundo dubitari solet an angelus ille apparuit virgini in visiōe corporali. Et rñdet Tho. iij. parte q. xxx. q sic. Nam Aug⁹ in persona virginis loquens in sermone ait. Venit ad me quidaz magnus paranimphus xpi nō patriarcha primus: aut pphēta egregius. sed gabriel archāgelus facie rutilans: veste coruscans: incessu mirabilis: que pertinere nō possūt nisi ad corporeā visionē. Hoc autē cōueniēs fuit. Primo rōne similitudinis. qz illud qd annūciabatur erat incarnatio dei inuisibilis. vñ cōueniens fuit vt ad huius rei declarationē inuisibilis creatura formā assumeret in qua visibiliter appareret: cū etiā oēs apparitiōes veteris testamenti ad hanc apparitōz ordinenk qua dei filius apparuit in carne. Scōo fuit conueniēs rōne certitudinis. Ea enī que sunt oculis subiecta certius comprehendimus q̄ ea que imaginamur. Vñ dicit Crisosto⁹ sup Matthēū. q angelus nō in somnis imo visibiliter virgini astitit. Nam qz magnā valde reuelationē ab angelo accipiebat. Egebat tante rei euentus missione solenni. Tertio fuit ꝓueniens vt angelus visibiliter appareret rōne altitudinis. s. propter altitudinē z dignitatē mīris dei que nō solū in mente, sed in corporeo ventre erat dei filiū receptura. Et hō nō solū mens eius: sed et sensus corporei erāt visione angelica delectādi: Et si obijceret q ꝑm Augustī. xij. sup Benesim ad lram. Intellectualis visio est potior z dignior q̄ corporalis: z precipue ipī angelo magis cōueniens. Nam visione intellectuali videtur angelus in sua substantia: visione ātem corporali videk in figura assumpta corporea. Igitk angelus annūcians magis apparere debuisset in visione intellectuali q̄ corpali. Rñdet Tho. vbi. s. q intellectualis visio est potior q̄ imaginaria vel corporalis si sit sola. Sz ipe Aug⁹ dicit q est excellentior, ppheria que habet simul intellectualē z imaginariā visionem q̄ illa que habet alteram tm. Beata vo virgo non solū percepit visionē corporalē sed etiā intellectualē illuminationē. Vñ talis apparitio satis nobilis fuit. Fuisz tñ nobilior si ipsū angelū intellectuali visione in sui substātia vidisset. sed hoc non patiebak status hois viatoris. ¶ Tertio querit si fuit cōueniens vt angel⁹ annūciaret virgini dei filiū in ea incarnandū. Et ad hoc rñdek q sic triplici rōne.

Primo ex parte dei.
Scōo ex parte angeli.
Tertio ex parte virginis.

Primo fuit cōueniēs ex parte dei vt in h seruaret ordo quē ipse statuit quo mediantibus angelis ad hoies diuina pueniūt. Vñ Dionysi⁹. iiij. ca. celestis ierarchie dicit. Diuinū ielu benignitat, mysteriū angeli primū edocti sūt postea p ipsos ad nos cognitionis gra transiuit. Et in eodem libro ait. Diuinas visiones glorioſi patres nri adepti sunt p medias celestes virtutes. Tho. 2a 2e. q. lxxi. inquit. Loquitur de visionibus ꝓpheticis que facte sūt mediātibus angelis. Et si aliquis instaret q virgo mr dei superior erat angelis. Sed vt Dionysius refert ca. vij. celestis ierarchie. Supremis angelis fit reuelatio imediatea deo ergo z ipsi virgini. Rñdere possumus q mr dei superior erat angelis q̄tū ad dignitatē ad quā diuinitus eligebat. Sed q̄tum ad statuz presentis vite inferior erat angelis: qz etiam ipse xps rōne passibilis vite fuit paulominus ab angelis minoratus vt dicit ad Hebreos ca. ij Sed qz xps fuit viator z cōprehensor q̄tum ad cognitionē diuinorz non indigebat ab angelis instrui. Sed mater dei nondū erat in statu comprehensorū. Et ideo de diuino conceptu p angelos instruenda erat. Si vo vlteriꝰ

contra hoc quispiã opponeret dicens q; btã virgo incarnatiõis fidẽ habebat sine qua nullus esse poterat in statu salutis ergo non egebat super hoc ab angelo instrui. Ad hoc rñderi põt q; licet beatissima virgo plenã fidẽ haberet de xpo incarnando tñ qz humilis erat ñ alta de se sentiebat neq; cogitabat se tãti dñi mrem futurã: t propterea erat sup hoc ab angelo instruenda. Scõo fuit cõueniens ex parte angeli. ideo inquit Bedda in omelia. Aptũ humane restaurationis principiũ vt angelus ad virginẽ mitteret partu considerandã diuino: qz prima pditionis humane cã fuit cũ serpens a diabolo mittebat ad mulierẽ spũ superbie decipiendã. Tertio fuit expediẽs ex parte virginis tũ vt ex tali nuncio mens eius eleuaret in dcũ. q: vt inquit Aug9 li. de virginitate Beatior fuit maria concipiendo fidez xpi q̃ concipiendo carnẽ xpi. Et postea subdit. Aduerterna, ppinquitas nihil marie ,pfuisset nisi felicius xpm corde q̃ carne gestasset. Tũ vt essz certior testis huius sacri qñ sup hoc diuinitus erat instructa. Tũ ẽt vt eius puritas ostenderet. Vñ Hiero9 ad paulã t Eustochiũ bñ inqt. Angelus ad virginẽ mittit qz semp est angelis cognata virginitas. Tũ vt volũtaria sui obsequij mũera deo offerret: ad qõ se ,pmptã obtulit dicẽs. Ecce ancilla dñi. Erat eni qõdã spũale matrimoniũ inter deũ t humanã nãz. Et iõ p annunciationem expetebat consensus virginis loco totius hũane nature. ¶ Tertio cõsiderare debemus missionis angelice excellentiã respectu virginis. Ipsa vtiq; sola facta fuit digna portare in vtero regẽ celoz t dñm oim creaturarũ. O b qõ ecclesia sctã sibi dicit Sctã t imaculata virginitas gb9 te laudib9 offerã nel cio: qz quẽ celi cape nõ poterãt tuo gremio ,tuliſti. At t i ,sona ci9 ita cunctos fideles affat. Congratulamini mihi oẽs g diligitis me qz cũ essez parunla placui altissimo t de meis visceribus genui deũ t boiez. Hec est ista pulchra t decora nimis filia hierlm: cui dixit deus illud Cantico9. vi. ca. ¶Pulchra es amica mea suauis t decora. Hec est de qua ibidẽ subsequt. Una ẽ colũba mea: ,fecta mea hec est quã viderũt ,filie ,syon t btissimã ,pdicauerũt t regie laudauerũt eã. O felix puella O celi regina merito qlibet bõ vl angel9 dicere tibi põt illud ¶Prouerbio9 vltio ca. Multe filie congregauerunt diuitias: tu ,supgressa es vniuersas. Ad ipsam solã missus fuit de aula sũmi dei legatus singularis t insignis vt ipsa virgo cõtentaret concipe xpm qui de ipsa carnẽ suscipere cupiebat. Erat ingt euangelista desponsata viro cui nomen erat ioseph t nomen virginis maria. delectabile est illud nomen qõ interpretat stella maris vel illuminãs t dña siue amarum mare qz ipsa fuit stella in sanctificatione: illuminans in conuersatione amarũ mare in filij sui passione: t dña in assũptiõe. Sed in hoc loco circa eius desponsationem aliq̃diu insistere libet. Cur voluit xpus matrem suã virginem desponsari. Et ad hoc assignant plures rationes.

¶Primo ex parte xpi.

Scõo ex parte matris.

Tertio ex parte nostra.

¶Rationabiliter virgo desponsata fuit. primo ex parte xpi. tũ ne ab infidelibus tanq̃ illegitime natus obijceretur. Vnde Ambrosius dicit sup Lucam. Quid iudeis quid herodi posset ascribi si natum viderent ex adulterio persecuti. Tum vt consueto modo eius genealogia describeret q virũ. Ideo Ambrosius vbi s. Qui i seculũ venit seculi debuit more describi. Tum vt partus eius ſm Ignatiũ diabolo celaret. Et lz diabolus virtute sue nature potuisset cognoscere matrem dei non fuisse corruptaz sed virginẽ. prohibebatur tñ a deo cognoscere modũ partus diuini. Nam vt docet Aug9 in. iij. de trinita. Diabolus multa põt virtute sue nature a quibus tamẽ prohibetur virtute diuina. Si autem postmodũ aliqualiter cognouit xpm esse filium dei non obstat qz iam tempus erat vt xps suam virtutẽ diuinam ostenderet. Sed in infantia oportebat impediri maliciam diaboli ne eum acrius persequeret qñ xps nec pati disposuerat nec suam virtutem ostendere: sed in oibus alijs infantibus se similem exhibebat. Similiter t secũdo fuit rõnabile ex parte matris. tum qz per hoc redditur immunis a pena ne lapidaret a iudeis tanq̃ adultera. tum vt ad puerum iesuz nutriendũ haberet ioseph in auxiliuz. Tertio id rõnabile fuit ex parte nra. ¶Primo quidem eo q; testimonio ioseph comprobatũ est xpm ex virgine natum. Vnde Ambrosius dicit super Lucã. Locupletior testis pudoris maritus adhibetur qui possit delere iniuriam t vendicare opprobriũ si nõ agnosceret sacrm. Scõo p hoc designat vniuersa ecclesia que cũ virgo sit desponsata est vni viro xpo. vt ingt Aug9

li. de sctā virginitate. Et tertio q; mr̄ dñi fuit desponsata ⁊ virgo in psona ipsius ⁊ virginitas ⁊ matrimoniū bonorat̄ ꝫ hereticos alteri hoꝝ detrahentes. Et vt ait Origenes super Matthēū. Btā virgo sponsa fuit ioseph. nō tñ in cōcupiscentiā iūcta. Et vt scribit Matthei. xiij. Erat ioseph faber lignarius. Ideo Crisost⁹ sup Matthēuꝫ inqt. Fabro lignario maria despōsata erat. qm̄ xps ecclesie sponsus oēm salutē hoīm opaturus erat p lignum crucis: Putabat inqt Matthēus fabri filius q; vt dicit Ambro⁹ sup Lucā. Maluit dñs ō suo ortu q̄ de mr̄is pudore dubitari. sciebat enī tenerā esse virginis verecundiā lubricaz famā pudoris: nec putauit ortus sui fidē matris iniurijs astruendā. Dū igit̄ ita essz disposita puella illa cūctis virtutibus redimita q; ⁊ virgo erat ⁊ ioseph desponsata ⁊ tps instabat vt iā mere suos radios de⁹ effūderet sup terraz Angelus gabriel vt puto cū oīm angelorꝫ noticia vocatus est. Cui deus pr̄: vade o angele mi ad virginē in naçareth cōmorantē eāq; meo noie salutando requires illā vt me acceptare velit suū castissimū sponsū cui dilectū filiū meū mihi coequalē ab eterno genitū ita dare dispono vt ex ea natus ex tpe fm carnē meus tñ sit ⁊ ipsius filius. Ipse Ño filius subsecut⁹ est. O angele gabriel conaberis virginē illā instruere q; ipsā elegi mr̄em dulcissimā in cuius vtero nouez mensibus habitabo ⁊ tandē imaculata ⁊ incorrupta pariet deū ⁊ hoiem. Subdidit ⁊ spūs sctūs. Ego illā armariū gr̄e mee instituā ⁊ cōceptioni filij vt sctā sit ⁊ mirabilis cooperabor. O quale tripudiū illa hora fuit in angelicis choris. O quāta letitie cantica dū tota celestis curia benedixit ⁊ gr̄as dedit imortali ⁊ benignissimo deo.

¶ Qualit̄ angel⁹ salutauit virginē: ⁊ q̄re virgo turbata fuit: ⁊ de gr̄a virgis copiosa atq; de supuentōe spūs sct̄i in ipsā. Capitulum. ij.

Secūdū mysteriū pt̄eplandū circa annūciationē virginis dr̄ mutue collocutiōis In quo tria consideremus.

Primo virgis salutationē q̄lit̄ fuit salutata.

Scōo virginis turbationē q̄lit̄ fuit turbata.

Tertio virgis declaratōez q̄lit̄ fuit declarata.

¶ Primo cōsideremus virginis salutationē q̄lit̄ fuit salutata. Ingressus inqt̄ euangelista angelus ad eā. vbi Bernardus sup Missus est dicit. Quo ingressus i secreto cubiculo vbi clauso sup se ostio orabat pr̄em in absconditō ad eā dicit orantē: suspirantē: lachrymantem Illā si pceptio pcursoris fuit denūciata pr̄i occupato in sacro officio multo pbabili⁹ ē q; cōceptō saluatoris denūciata fuit virgini in deuotiōe feruētissima existēti. Erat āt vt cōiter doctores tenēt tūc hora cōpletorij: ⁊ sacra illa cōfabulatio ptracta fuit vsq; ad noctis mediū. Dixit ergo blanda voce angelus virgini: Aue gr̄a plena dñs tecū bñdicta tu in mulieribus. Vbi iz salutando eā amplissime magnificauerit de eue cōmutatōe: q̄r sic̄ eua oē malū occasionalit̄ induxit hūano generi: ita virgo illo ablato ꝓtulit oē bonū dū dedit nobis deū ⁊ de singulari mō essendi cū ipsa deū atq; de bñdictione in mulierib⁹: nihilomin⁹ illud magnū est cū dixit eā gr̄a plenā. Sed h̄ insurgit dubitatio quō virgo fuerit plena gr̄a cū h̄ sit ꝓpriū xp̄i. de q̄ dr̄ Joānis. i. Vidimus gl'iam eius gl'iam q̄si vnigeniti a pr̄e, plenū gr̄e ⁊ veritatis. Ad qō rñdet Tho. iij. pte. q. vij. Q; plenitudo gr̄e pōt attendi duplicit̄. Vno mō ex pte ipsius gr̄e. Alio mō ex pte hūtis gr̄az. Ex pte qdē ipsi⁹ gr̄e dr̄ esse plenitudo ex eo q; aliq̄s ptingit ad sūmū gr̄e: ⁊ q̄ztum ad essentiā: ⁊ q̄ztū ad virtutē: q. s. hz gr̄am ⁊ in maxima excellentia q̄ pōt bri ⁊ in maxima extensione ad oēs gr̄e effectus ⁊ talis gr̄e plenitudo ē ꝓpria xp̄i. Ex pte Ño subiecti dr̄ esse gr̄e plenitudo q̄n aliq̄s hz plene gr̄am fm suā cōditionē siue fm intensionē ꝓut in eo est intensa gr̄a vsq; ad terminū pr̄fixū ei a deo fm illud ad Ephe. iiij. Vnicuiq; vr̄m data est gr̄a fm mensurā donationis xp̄i siue ēt fm virtutē ingītū s. hz facultatē gr̄e ad oia que ptinent ad suuz statū siue officiuz sicut Apl'us dicebat. Mihi autē oīm sctōrum minimo data est gr̄a hec illuminare hoīes ⁊c. Et talis gr̄e plenitudo nō est propria xp̄o sed cōmunicat̄ alijs per xp̄m. Igit̄ beata virgo dr̄ gr̄a plena nō ex pte ipsi⁹ gr̄e: q; nō habuit gr̄am in sūma excellentia q̄ pōt haberi nec ad oēs effectus gr̄e. Sed dicit plena gr̄a p cōparationē ad ipsā q. s. habebat gr̄am sufficientē ad statū illū ad quē erat electa a deo. vt. s. esset mater dei. Et similiter stephanus dr̄ plenus gr̄a q; habebat gr̄am sufficiētē ad hoc vt esset idoneus minister ⁊ testis dei ad qō erat electus. Et eadē rōne dicendus est de alijs. Marū tñ plenitudinū. vna est plenior alia fm q; aliquis diuinitus est preordinatus ad altiorē vel inferiorē statū. Questione autē. xxvij. tertie ptis ita habet. q; q̄nto aliq̄d

magis appropinquat principio in quolibz ge
nere tanto magis participat effectū illius ꝓn
cipij. Vnde dicit Dionysius. iiij. ca. celestis ie
rarchie. ℣ angeli qui sunt deo ꝓpinquiores
magis participāt de bonitatibus diuinis q̄z
hoies. Xps autē est principiū gratie ſm diui
nitatē quidē auctoritatiue ſm humanitatem
instrumentaliter. Beata autē virgo maria ꝓ
pinquissima fuit xpo ſm humanitatē: q̄ ex ea
accepit humanā nām. Ideo ꝓe ceteris maio
rez debuit a xpo plenitudinē gratie obtinere
Sciendū tamē q̄ in ipsa virgine fuit triplex
pfectio gratie. ¶Prima q̄dez quasi dispositiua
p quā reddebaꝫ idonea ad hoc q̄ esset mater
xpi: z hec fuit pfectio sanctificationis. Scōa
perfectio gr̄e fuit ex presentia filij dei in eius
vtero incarnati z hec fuit pfectio conceptōis
Tertia autē est pfectio finis quā habet in glo
ria. ℣ autē scōa pfectio sit potior q̄z prima z
tertia q̄z scōa patet quidē vno mō per libera
tionē a malo. Mā primo in sua sanctificatiōe
fuit liberata a culpa originali. Scōo in concep
tiōne filij dei fuit totaliter mūdata a fomite
Tertio in sui glorificatione fuit liberata ab oi
miseria Alio mō ꝓ ordinē ad bonū. nā primo
in sua sanctificatione adepta est gr̄am inclinā
tem eam ad bonū. In cōceptione aūt filij dei
confirmata est ei gr̄a confirmans eā in bono
In sui ℣o glorificatione consūmata est eius
gr̄a pficiēs eā in fruitione ois boni. Sed ori
tur hic difficultas an btā virgo habuit aliq̄s
gr̄as gratis datas: puta sapientie z virtutū z
miraculoꝝ ex eo q̄ nō legitur docuisse qō spe
ctat ad sapientiā: aut miracula fecisse. Ad qō
ita dicit sctūs Tho. Non est dubitandū quin
btā virgo acceperit excellenter donū sapiētie
z gr̄am virtutū z etiā gr̄am ꝓphetie. non tñ
accepit vt haberet oēs vsus harū z similium
gr̄arum sicut habuit xps sed ſm q̄ conuenie
bat cōditōi ipsius. habuit nāq̄z vsū sapie in
contemplando ſm illud Luce. ij. ca. Maria āt
conseruabat oia verba hec conferens in corde
suo. Nō aūt habuit vsū sapientie q̄z tū ad do
cendū eo q̄ nō cōueniebat sexui muliebri. Mā
vt dicit Apl̄us. Mulieri docere in ecclesia nō
ꝑmitto. Miraculoꝝ ℣o vsus sibi nō cōpete
bat dum viueret q̄ tunc tpis doctrina confir
manda erat miraculis xpi. Et ideo soli xpo z
eius discipulis qui erant baiuli doctrine xpi
conueniebat miracula facere: propter quod et
de ioanne baptista dicit Joannis. x. ℣ signū
nullū fecit vt. s. oēs in xpo intenderent. Vsuz
autē ꝓphetie habuit virgo vt patet in canti
co q̄ō fecit. Magnificat aia mea dñm. ¶ Se
cundo consideremus virginis turbationē de
qua scribit Lucas. que cū audisset turbata est
in sermone eius z cogitabat qualis esset ista
salutatio. vbi apparet laus virginis: In audi
tu: in affectu: z cogitatu. In auditu laudatur
modestia q̄ audit z tacet. In affectu verecun
dia vnde turbata est. In cogitatu prudentia
q̄ cogitabat qualis esset ista salutatio. Turba
ta est autē de angeli sermone nō de eius visio
ne q̄ñ angelos sepe viderat sed nūq̄z talia lo
quentes audierat. ob nouitatē igit salutatio
nis admirari compulsa fuit. Naz vt Hiero⁹
ait. Iniungit noua legatio angelo z virgo no
uam professa virtutē nouę salutationis bono
rat obsequio. Franciscus de marrone i suo. iij.
di. iiij. dicit. q̄ virgo sanctissima i hac sua tur
batione cogitabat mysteriū incarnatiōis ver
bi q̄ō sibi in salutatiōe extitit reuelatū. Et di
cunt quidā q̄ sibi etiā fuit cū hoc reuelatum
mysteriū passionis filij sui. Alij ℣o tenent z
melius q̄ mysteriū incarnationis in ea cōple
dum fuit sibi reuelatū non tñ modus. s. q̄ vir
go pareret: z ideo timebat ne hoc esset vel fie
ret cū virginitatis diminutione: iccirco de h̄
timebat. Et forte plus appetebat eē virgo q̄z
verbū concipere sine virginitate. virginitas
enī est de numero laudabiliū. verbū ℣o conci
pere est de numero honorabiliū circa qō non
est virtus sed premiuz virtutis. ¶Premiū ℣o
honorabile sed virtus laudabilis: sed virtus ē
magis appetenda q̄z premiū virtutis: q̄ hō
circa virtutē mereť: nō aūt circa premiū: quia
nec est in sua ptāte. ¶ Tertio ꝓsideremus vir
ginis declaratiōez qualiter fuit ab angelo de
clarata z confortata. ne timeas inquit maria
s. de salutatione insolita: cuius causa subdit.
Inueniſti eni gr̄am apud deū non solū ꝓ te
sed ꝓ toto genere humano. Vbi Bernard⁹
ait. Quam gr̄am: dei z hoim pacem: mortis
destructionē z vite reparatōez. Subdidit an
gelus. ecce concipies in vtero z paries filiuz z
vocabis nomen eius iesum: hic erit magnus.
Semper eni fuit magnus deus: sed futurus
erat magnus homo z magnus ꝓpheta. ſm
q̄ dr̄ Luce. vij. ca. ¶Prophetа magn⁹ surrexit
in nobis z filius altissimi vocabit z ipsi⁹ dei
qui solus est altissimus. Nam vt exponit Ni
cholaus de lira sequendo Bernardū. Nōeni

altus est inter creaturas corporales: sed angelus altior: deus solus altissimus. Ista ãt filiatio dei accipit hic p nãm in oibus alijs quãtũ cunqz sctũs est tm̃ filiatio dei p adoptionem. Addidit angel⁹: dabit illi dñs de⁹ sedẽ dauid pris sui ⁊ regnabit in domo iacob in eternuz qõ spualiter intelligendũ est. Nam xps nõ sedit sup thronũ dauid loquẽdo de tpali regno imo istud negauit coram pilato dicẽs. Regnũ meũ non est de hoc mundo: tũ in resurrectiõe sua accepit potestatẽ etiã inqztum hõ sup oẽz creaturã: ꝑm qꝫ ipe dixit Matthei vltimo ca. Data est mihi ois potestas in celo ⁊ in terra. Inqztum enĩ deus nõ accepit aliquã potestatem de nouo siue in tpe. Angelus ergo loquit hic de regno spuali ⁊ celesti qõ figuratũ fuit p regnũ dauid tpale sicut ⁊ celestis hierl'm per tpalem: propterea dixit. Regnabit in domo iacob in eternũ. i. sup electos. Dicit ꝟ Nicholaus de lira qꝫ de domo abraham ⁊ Isaac alii qui fuerũt reprobati sicut Ismael ⁊ Esau. Sz in domo iacob oẽs eius filij a sctis doctoribꝰ inter electos sũt cõputati qz ⁊ si aliqui pecca uerunt tũ egere penitentiã: conclusit angelus de xpo. Et regni eius nõ erit finis. Mã ꝑm qꝫ dicit Nicholaus de lira. Xpus nõ solũ inqztũ deus sed etiã inqztũ hõ regnabit i eternũ sup hoies ⁊ angelos. Dixit aũt maria ad angelum Quõ fiet istud qm̃ virũ nõ cognosco. Iz enim crederet firmiter verbũ angeli implenduz de conceptione xpi qz tũ angelus ad plenũ nõ exprimerat modũ concipiendi. Jõ de hoc q̃fuit allegando virginitatis amorẽ: ꝑm enĩ qꝫ dicũt doctores in. iiij. di. xxx. Btã virgo añq̃ desponsaret ioseph habuit obseruãtiã castitatis virginalis in proposito ex instinctu spũs sci nõ tũ vouerat expresse. Sed cum postea deo ordinante esset ei desponsata qui erat in simili ꝓposito simul emiserũt votũ. Rñdens ergo angelus declarauit moduz concipiendi dicens. Spũs sctus supueniet in te. qõ multiplic ter exponit Tho. in. iij. di. iij. Primo supueniet in te. i. sup possibilitatẽ ⁊ cursũ nature dando fecunditatẽ ⁊ seruando virginitatẽ. Scõo supueniet in te. i. supra id qõ habes de plenitudine eius: qz sicut olim implebit mentẽ nunc implebit ventrẽ. Tertio superueniet in te. i. super de celis veniet: qz oẽ datũ optimũ desursũ est. Quarto supueniet i te. i. supra merita tua ⁊ supra merita oim creaturarũ. Quinto supueniet in te. i. supra oẽs qui ante te fuerũt. Et virtus altissimi. s. dei filius qui est pris sapiẽtia ⁊ virtus vt dr. i. ad Corinthios. i. ca. Obumbrabit tibi. i. sub vmbra carnis latebit: qz sub vmbra carnis latuit virtus deitatis. Jõqz ⁊ qõ nasceẽ ex te sctũ: Sanctũ dicit absolute absqz determinatione: qz si dixisset sanctus deus vel sanctus homo vel aliquid consimile nõ expressisset sanctitatẽ eius complete. qz in eo est sãctitas diuina ⁊ humana ⁊ quicqd sanctitatis potest excogitari in quacũqz creatura eminẽtius est in xpo. Jdeo dicit sanctũ absqz determinatione. Sicut etiã deus dixit moysi Exodi. iij. ca. Ego suz q sũ: sic dices filijs israel Qui est misit me ad vos vt per hoc ostendere tur q plenitudo essendi imo infinitas est propria ipsius dei. Et postea conclusit angelus. Vocabit filiꝰ dei: nõ adoptiuus sicut alij sed naturalis. Et ad maiorez assertionẽ declarat angelus dictũ suũ p exemplũ inquiẽs. Et ecce elisabeth cognata tua ⁊ ipsa concepit filiũ in senectute sua. Et hic mẽsis est sextus illi que vocatur sterilis: qz non erit impossibile apud deũ oẽ verbũ. i. factũ: dicere enĩ dei est facere ꝑm illud ꝑs. Dixit ⁊ facta sunt. Et lz maius sit virginẽ parere q̃s vetulã sterilem: Tũ vt Ambrosius dicit in examcron. Ob hoc multe steriles pepererũt vt partus crederet virginis. Et ideo conceptus elisabeth sterilis inducit non quasi sufficiẽs argumentũ: sed quasi figurale quoddã exemplũ. Et iõ ad confirmationẽ hꝰ exempli sumit argumentũ efficax ex oi potentia diuina. Tempus iaz adest o illibata virgo vt aperias sponso celesti pulsanti vt dei filiũ in tuo vtero leta suscipias vt matrimoniũ diuine ⁊ humane nature tuo sacro consensu ꝓficias. Ecce in celestibus spiritibus tã auidissima est expectatio. Jn patribus in limbo manentibus tot clamores ⁊ gemitus. Jn hoibus viatoribus de deo recte sentientibus tot profũda suspiria vna vox oim: vnus clamor: vna precatio. Angelus gabriel noic oim te precat tibi supplicat vt per cũ iam dicta ⁊ indubitãter ꝓmissa acceptare benigne digneris.

¶ Conceptio xpi fuit miraculosa rõne virgis ⁊ tpis atqz inauditi muneris. Capitulum. iij.

Certiũ mysteriũ cõtemplandũ circa virginis annũciationẽ dr mirabilis conceptionis. Currite gentes vndiqz ⁊ inspicite cordis oculis mariã virginẽ post tanta sibi diuinitus reuelata cũ incredibili humilitate non sine lachrymis genuflexam ⁊ manibus prius

ꝛpāfis facieꝫ ad celū erecta paulatim caput
inclinādo brachiaqꝫ remittendo dicere. Ecce
ancilla dñi fiat mihi ſm verbū tuū. Sup quo
verbo Bernardus ait. Que eſt tam ſublimis
humilitas que cedere neſcit honoribus: inſo-
leſcere neſcit gloria Mater dei eligit ⁊ ancil-
lam ſe noīat. His verbis expletis aduenīte
ſpū ſctō mox verbū in vtero: mox intra vterū
verbū caro concepitqꝫ virgo filiū. Fuit autez
illa conceptio miraculoſa triplici rōne.
Primo rōne temporis.
Scōo rōne virginis.
Tertio rōne muneris.
¶ Primo fuit illa conceptio miraculoſa rōe
temporis qꝛ facta fuit in inſtanti: nꝛa Vo ſuc
ceſſiue ꝟz Damaſcenū. Mā vt inqt Tho. in. iij
di. iij. Et. iij. parte. q. xxxiij. Conceptio xpi fa-
cta fuit virtute diuina que cū ſit infinita effe-
ctū ſuū ſubito ⁊ in inſtanti ꝓducere pōt. Dñ
in illa cōceptiōe quattuoꝛ ſimul ⁊ ſemel facta
fuerūt virtute dei. Primū fuit conuerſio ſan
guinis puriſſimi btē virginis in carnē ⁊ alias
partes corporis xpi. Scōm fuit formatio mē
broꝝ organicoꝝ. Tertiū animatio corporis or
ganiçati. Quartū aſſūptio corpis ⁊ aīc a diui
nitate: ita vt in eodē inſtanti inuentus ſit xps
in ventre virgineo verus homo ⁊ verus deꝰ.
¶ Scōo fuit illa conceptio miraculoſa rōne
virginis. Magnū quippe eſt ⁊ ſupnaturale
vt virgo cōcipiat: Sed vt ait Tho. vbi. ꝯ. Mi
raculū ꝓtingit eſſe duobus modis. Uno mō
qñ neqꝫ agens eſt nāle neqꝫ mā eſt nāliter ꝓ-
portionata ad talē formā vt formatio hois ō
limo terre que eſt miraculoſa tā ex pte agentꝫ
qꝫ patiētis. Alio mō ꝓtingit miraculū qñ mā
eſt nālis: agens Vo ſupnāle: ſicut dū aliquis a
febre ſanaꝫ. Quia ergo mā quā virgo admi-
niſtrauit ad formationē corpis xpi fuit nālis
exq̄ nāliter formari pōt corpus hois ⁊ ꝓpter
hanc mām nālem xps dr nālis filius virginis
Sed virtus formans fuit diuina. Et qꝛ vnū-
qōqꝫ magis iudicaꝫ ſm formā qꝫ mām: ⁊ ſm
agēs magꝫ qꝫ ſm patiēs. Inde ē ꝙ cōceptio
corpis xpi debet dici ſimpliciter miraculoſa ⁊
ſupernālis: ſm qd Vo ex parte materie pōt di
ci nālis. ¶ Tertio conceptio xpi pōt dici mira
culoſa rōne muneris. Conceſſū quidē fuit vir
gini in tali conceptu munus inauditū vt. ſ. plꝰ
poſſet ipſa facere de deo qꝫ deꝰ de ſeipſo Que
dam enim contraria ⁊ ꝓtradictoria inter deū
⁊ virginem videbantur que dum acceſſit deꝰ
ad virginē concordata ſunt. Puta impoſſibi
le erat deū non generare: impoſſibile erat vir
ginē generare. Impoſſibile erat deū generare
niſi deū. Impoſſibile erat virginem generare
deū: Impoſſibile erat deum cum alia perſona
generare: Impoſſibile erat virginem ſine alia
perſona generare. Acceſſit deus ad virginem
⁊ neceſſe fuit virginē generare ⁊ non aliuz qꝫ
deū ⁊ ñ de alio qꝫ ō ſe. Sz deꝰ nō potuit gene
rare niſi deū de ſe. Et tñ virgo deū fecit hoiez
Deus nō potuit generare niſi infinitū: īmoꝛ
talē: eternū: inſenſibilē: iuiſibilē: impalpabilē
ſub forma dei. Sed virgo fecit eū finitū moꝛ
talē: mendicū tempoꝛalē: palpabilē: ſenſibilez
viſibilē ſub forma ſerui ſuppoſitū ſub nā crea
ta. Mirū certe vna puella neſcio quibus blā
diciſ maieſtatē diuinā inclinauit: veſtiuitqꝫ
ſūmū amabile opprobriiſ: anguſtijs: penalita
tibus ⁊ ignominijs: qō totū ꝓ ſalute humani
generis ꝓcreatū eſt. O igit res ſtupenda ⁊ oi
plena pietate Ecce ꝙ pro reconciliatione hu
mana paceqꝫ cōponēda inter oipotentiſſimū
deū offenſū ⁊ reū hoiem inſcrutabilis altitu-
do diuini conſilij matrimoniū contrahenduz
inter dei filiū ⁊ humanā creaturā mira diſpē
ſatione ſtabiliuit. Et qñ conſenſus efficit ma
trimoniū miſſus eſt a patre miſericordiarum
⁊ luminū angelus gabriel ad mundiſſimā vir
ginē que donis ſublimata diuinis incōpabi-
lis erat vniuerſis q̄ tam pie tāqꝫ ſalutari diui
ne diſpoſitiōi in totius nāe humane perſona
ꝓberet conſenſū. O admiranda legatio ⁊ ex
oi parte veneratione digniſſima que nec pri-
mā ſimilem viſa eſt: nec hr̄e ſequentē. Quid
eni maius? Quid ſublimius? Quid deniqꝫ ſa
lubrius humano generi de celo offerri potuit
plane nihil. Dō eni nā nō habuit vſus neſci-
uit: ignoꝛauit rō: mens non capit humana: pa
uet celuz: ſtupet terra: ⁊ ois creatura miraꝫ. Ꝟ
totū per gabrielē marie nūciaꝫ ⁊ ꝙ xpm adim
pleꝫ. Mā i virginis vtero verbū caro factū ē:
Quiſqs igit es q xpiano noie gloriaris myſte
ria huiuſcemodi iuſto ꝓpēde iudicio. Tibi eni
quōdā abiecto: Tibi excluſo a paradiſi ſedib⁹
Tibi ꝓ exilia longinqua moꝛienti: Tibi in pul
uerem ⁊ cinerez reſoluto dū tū nulla eſſet ſpes
viuendi per incarnationē filij dei ⁊ virginis
poteſtas data eſt vt a longinquo ad tuū reuer
taris actoꝛē: recognoſcas ꝓarentē: liber efficia
ris ex ſeruo: de extraneo, pucharis in filiū vt q
ex coꝛruptibili carne nat⁹ es ex dei ſpiritu re-

nascaris ⁊ obtineas ꝑ gr̃am qō nō habes per nām. Demus ergo deo clementissimo gr̃as ⁊ virginē mr̃em pijssimo colamus affectu vt sic puenire possiuꝰ ad pr̃iaz celestē in q̄ viuit ⁊ regnat deus ꝑ infinita secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo vigesimusseptimus de priuilegijs maternitatis virginis marie pp q̄ ipsa mr̃ p̄stantissima ⁊ singularis merito nūcupat̃.

Unde hoc mihi ut veniat mr̃ dn̄i mei ad me. Elisabet sā ctissime verba sunt ista originalit Luce. i. ca. ⁊ in euangelio hodierne festiuitatis. Die festū visitatiōis glorioſe virginis marie debite celebr̃are volentes pscruta ri diligent̃ debemꝰ quā excelsa supr̃emaqz sit laus eius ex eo ꝙ facta fuit tanti filij dignissima mr̃. Nā elisabeth vetula nō a semetipsa sz spūs scti radio illustrata hoc nō sine admiratione grandi, pclamauit. Statim nāqz postq̄z virgo filiū dei ō spū scō ꝓcepit exurgēs abijt in montana. s. hierm q̄ erat altior galilea cuz festinatōe ꝓp honestatē ne diutius videret in publico ⁊ intrauit in domū Zacharie ⁊ salutauit elisabeth. Ad quā salutationē exultauit infās ioānes ser mēses hūs in vtero mr̃is. Hec vo exultatio vt ingt Augꝰ ad Dardanū potuit esse significatio rei tante. s. ꝙ mulier esset mr̃ dei a maioribus cognoscende nō a puulo cognite. vñ in euangelio nō dr̃ credidit infās in vtero eius sed exultauit. Videmꝰ āt exultationē nō solū paruuloꝝ sed pecoꝝ eē. Sz hec inusitata existit qz in vtero. Et ideo fiē solent miracula fieri facta est diuinitꝰ in infante nō humanitꝰ ab infante. q̄z̄ et potuerit in illo puero acceleratus esse vsus rōnis ⁊ voluntaz vt intra viscera materna iā posset agnoscere: credere ⁊ cōsentire ad qō in alijs puulis etas expectat̃: hec Augꝰ. Qui neutrū determinate asserit sed siue exultatio illa fuerit absqz hoc ꝙ ioannes cognouerit diuinā p̄ntiam siue ꝙ illam cognouerit totū tū ascribit diuio miraculo. Repleta igit̃ fuit elisabeth spū scto ⁊ exclamauit voce magna bñdixitq̄z virginē ⁊ fructū ventris ei⁹. Indeqz Vba ꝓtulit in themate posita in quibꝰ se būliando lz esset virgine antiquior tū qz mr̃ erat virgo xp̄i: indignā se tā vbana salutatōne fatet̃. Propterea itaqz qz ⁊ nos indefficienē visitamur a virgine q̄ blāda est dulcis ⁊ liberalissima cūctis mortalibꝰ mr̃ atqz gr̃e ac misericordie nūcupat̃. Ideo in

p̄nti sermone ō maternitatis eius priuilegijs prestantissimis filio suo interueniente tractabimus. distinguemus autē tria priuilegia.

Primū dr̃ totalitatis.
Scōm veritatis.
Tertiū dignitatis.

¶ Qz xp̄s traxit totā corpulentā substantiā a virgine matre opere spūs scti. Et quare xp̄us non dr̃ filius spūs scti. Capitulum. i.

Primū priuilegiū maternitatis virginis glorioſe dr̃ totalitatis. Alij nāqz filij corpulentā substantiā accipiūt partim a p̄re partim a mr̃e. Filius āt virginis ab ipsa sola. Et qz hoc totū virtuti spūs scti deputat̃. ideo in hac parte tria sunt dubia aperienda.

Primū vtrū efficere conceptionē xp̄i debeat attribui spūi scto.
Scōm vtz xp̄s possit dici ꝓceptus de spū scō
Tertiū vtz xp̄s possit appellari filiꝰ spūs sci.

¶ Ad primū dubiū rñdet Tho. iij. pte. q. xxxij ꝙ conceptionē xp̄i tota trinitas est opata qz vt refert Augꝰ in. i. de trini. Indiuisa sūt opa trinitatis sicut ⁊ indiuisa est essentia trinitat̃ efficere vo cōceptionē xp̄i est qōdā opus diuinū: nō cōe est toti trinitati. Attribuit̃ tñ spiritui scto triplici rōne.

Primo ,ppter cām incarnationis ex pte dei.
Scōo ,ppter cām incarnatōnis ex pte nature assumpte.
Tertio propter terminū incarnationis.

¶ Primo ,ppter cām incarnatiōis ex pte dei Spūs eni sctūs est amoz p̄tis ⁊ filij: hoc āt ex maximo dei amore ,puenit vt filius dei carnē sibi assumeret in vtero virginali. Scōo attribuit̃ cōceptio xp̄i spiritui scto ,ppter cām incarnationis ex parte nature assūpte qz ꝙ hoc dat̃ itelligi ꝙ hūana nā assūpta est a filio dei i vnitatē persone nō ex aliquibus meritis sed ex sola gr̃a que spiritui scto attribuit̃. Unde Augꝰ dicit in Encheridion. Iste modus quo est natus xp̄s de spiritu sancto insinuat nobis gr̃am dei qua homo nullis p̄cedētibus meritis ex ipso primo exordio nature sue quo esse cepit verbo dei copularet̃ in tantā vnitatem persone vt idē ipse esset filius dei. Tertio attribuitur conceptio xp̄i spiritui sancto: qz hoc congruit termino incarnationis. Ad hoc enī terminata est incarnatio vt homo ille qui cōcipiebat̃ esset sctūs ⁊ filius dei: vtrūqz āt horz attribuit̃ spiritui scto. Nam ꝑ ipsū efficiunt hoīes filij dei. Ipse ēt est spūs sanctificatiōis

Sic ḡ alij ꝓ spm̃ sctm̃ sctificanꝫ spūaliter vt sint filij dei adoptiui: ita xps ꝓ spm̃ sctm̃ est i sanctitate conceptus vt esset filius dei nālis.

¶ Scōm dubiū erat vtrū xps possit dici cōceptus de spū sctō. Et q̄ sic pz: qz sic cantamus i vtroqz simbolo. In simbolo apl̄oz. Qui conceptꝰ est de spū sctō. Et in simbolo patrū. Incarnatus est de spū sctō. Et Matth. i. Inuenta est in vtero hñs de spū sctō. Ad qō clare intelligendū dicit Tho. q̄ ꝯceptio nō attribuit soli corpori xpi sed ēt ipsi xpo rōne ipsius corporis. In spū āt sctō dupler habitudo cōsiderat respectu xpi. Mā ad ipsū filiū dei q̄ dr̄ esse conceptus hz habitudinē cōsubstantialitatis Ad corpus āt eius hz habitudinē causę efficiētis. hec āt ꝓpositio de: vtrāqz habitudinē designat. dicimꝰ ḡ xpm ꝯceptū de spū scō hoc mō q̄ efficacia spūs sci referat ad corpus assūptū ꝯsubstātialitas ad psonā assumentē. Et q̄qz dicamus xpm de spū sctō cōceptū nō tñ dicimus ꝓprie corpꝰ xpi de spū sctō ꝯceptū qz nō est cōsubstantiale spūi sctō: sed magis dicimꝰ corpus xpi ex spū sctō. Vñ Ambrosius ait in li. de spū sctō. Nō ex aliquo est: aut ex substantia: aut ex ptāte eius est. Ex substantia sic filiꝰ q̄ a pre ē. Ex ptāte sic ex deo oia quō t i vtero habuit maria ex spū sctō. Notandū adhuc hz Augusti. i Encheridion. q̄ ñ eodē mō dr̄ xps cōceptus de spū sctō t maria virgine: nam de maria virgine māliter de spū sctō effectiue. Ex quo apparet q̄ ꝯceptio xpi habuit tria pri uilegia. Primum q̄ esset sine pctō originali. Scōm q̄ eēt nō puri hois: sed hois t dei. Tertiū q̄ eēt virginis. t hec tria habuit a spū sctō Et tō dic̄ Damascenꝰ q̄ztū ad primū. q̄ spūs sctūs supuenit in virgine purgans ipsā. i. preseruans nc cū pctō originali cōcipet. Quantū ad scōm dicit t virtutē susceptiuā verbi dei tribuēs. i. vt ꝯciperet verbū dei. Quantū aūt ad tertiū subdit fil āt t generatiuaz vt. s. manens virgo posset generare. ¶ Tertiū dubiū erat vtrū xps possit appellari filius spūs sci. Ad qō ñdet Augꝰ in Encheridion dicēs. natus est xps de spū sctō nō sic filius t de maria virgine sicut filius. Et si diceret q̄ btā virgo dr̄ mr̄ xpi pp māz quā in cōceptōe eius ministrauit ergo videt q̄ etiā spūs scūs possit dici pr̄ eius ꝓpter hoc q̄ fuit principiū actiuū in conceptione ipsius. Et vt dicit Aristo. in li. de generatione aialium. Pater dat principium actiuū in generatione: mr̄ vo ministrat māz

Ad hoc ñdet Tho. vbi. s. q̄ xps cōceptus est de maria virgine materiā ministrante in similitudinē speciei: t ideo dr̄ filius eius. Xps āt ex q̄ hō cōceptus est de spū sctō sic de actiuo ꝓncipio non tñ sm̄ similitudinē speciei sicut homo nascit de patre suo. Vñs vo Bonauen. in. iij di. iiij. dicit. Q̄ ista locutio xps est filius spūs sancti nullo mō est admittenda. tum ꝓpter vitandū errorē circa generationē eternā qua ꝓprium est pris t nō spūs sancti generare: tum ꝓpter seruandā ꝓprietatē circa generationē tempalem que est vt filius assimiletur patri t matri sm̄ similitudinē speciei: sicqz cū pre t matre eiusdē nāe. Xps vo sm̄ q̄ hō nō est eiusdem nature cū spū sctō neqz illi assimilat specifice: ideo nec eius filius poterit esse. Igit virtus spūs sancti fuit in virgine que in ꝯceptione filij sui oēs naturas t partes mūdi vltima pfectione cōpleuit. Et quidem deus in mūdi creatione nihil impfectū ꝓduxit: sed oia erāt pfecta sicut ipse ex nā exigebat. Tñ consūmatio pfectionis vltime vsqz ad partū virginis delata est t soli virgini reseruata. Entia enim appetebant nobilissimū ens. Spūalia nobilissimū spm̃: rationalia nobilissimū rationale: cōceptiones optimū cōceptū. Natiuitates optimū nascibile. Et breuiter oēs creature appetebant optimū. Vis āt oibus existentibus imperfectis: sic prouisū est mūdo de femina sup oibus benedicta que vnico suo partu oibus rerū generibus sūmā t vltimā pfectionē adduxit. Et aduertas q̄ hec puella tantā pfectōnem attulit vniuerso q̄ nō est pfectionis vltrioris capax. Nec deus pōt vltriori pfectiōe ipsū mundū pficere. Et si ipse pater t spiritꝰ sctūs de femina nascerenꝫ nihil orbi accresceret pfectionis: qz quicqd nobilitatis quicquid deitatis t quicqd eternitatis est totū in orbe diffusū est t ꝓductū per virginē in illo eterno supposito qō vgo maria generauit. Nec magnū est virgini q̄ pfectionibus orbis vltimā pfectionē induxit. Cū t ipsi vniuersitaz actori nōnullas pfectiones adiunxerit: puta eterno principio inceptionis principiū. Eternitati diuine tpale ꝓdū. Infinitati imense quātitatē corporeā. Speciei eterne pulchritudinē nouā. Sibi igit soli competit vt virgo concepit xpm sitqz illius admirabilis mater.

¶ Q̄ beata virgo fuit vera mr̄ xpi: t q̄re xps nasci voluit de femina. Capitulū. ij.

Secundū priuilegiū maternitatis virgis

beatissime dr veritatis. ℙro cuius intelligentia clariori tria erūt hic dubia elucidanda.
ℙrimū vtrū xps debuit de virgine nasci.
Scōm vtrū btā virgo aliquid actiue egerit i conceptione corporis xpi.
Tertiū vtrū sctissima virgo fuit vera mr xpi.
¶Ad primū dubiū dicit Tho. iij. pte. q. xxxi. ℚ licet filius dei carnē hūanā assumere potuerit de quacūq mā voluisset cōueniēs tn fuit vt illā assumeret de muliere triplici rōne.
ℙrimo ꝓpter mulierē sexū confortandū.
Scōo ꝓpter veritatem astruendam.
Tertio pp vniuersitatē gnationū adimplēdā
¶ℙrimo fuit cōueniēs ꝓpter mulierē sexū cōfortandū vt cōfortarent mulieres sperarēt qz ipse p xpm debere saluari nō obstante q p cuā tanta oib9 mala ꝓuenerāt. Hinc Aug9 in li. octuagintatrū questionū ait. Hois liberatio in vtroq sexu debuit apparere. Mā q sexus masculinus est nobilior: ideo xps humanā nām in masculino sexu assūpsit. Quia ℣o sexus femineus liberandus erat. Hinc appareret q vir ille de femina natus est. Et idē in li. de agone xpiano inqt. Nolite vosipsos contēnere viri filius dei virū suscepit. Nolite vosipsas cōtēnere femine filius dei de femina natus est. ¶Scōo fuit cōueniens ꝓpter veritatē astruendā vt sic veritas incarnationis nota fieret. Et de hoc sic loquit Aug9 in epla ad Volusianū. Si oipotens deus hoiem vtrūq formatū nō ex materno vtero crearet sed repētinū inferret aspectibus nōne opinionē cōfirmaret errozis vt hoiez verū nullo mō suscepisse crederet t dū oia mirabiliter facit auferret qō misericorditer fecit. Nūc ℣o ita inter deū t hoiem mediator apparuit vt in vnitate psone copulans vtranq nām t solita sublimaret insolitis t insolita solitis temperaret. ¶Tertio fuit cōueniens vt xps de femina nasceret ꝓpter vniuersitatē generationū adimplēdā. Mā primus hō ꝓductus est de limo terre sine viro t femina: Eua ex viro sine femina: Ceteri hoies a viro t femia generant. Dñ t quartus quasi xpo vltimus relinquebat vt ꝓduceret ex femina sine viro. ¶Scōm dubiū eluciandū etat vtrū btā virgo aliquid actiue egerit in conceptione corporis xpi. Ad qō rndet sanctus Tho. q licet qdā velint dicere virginē aliqd actiue esse operatam in conceptiōe xpi. Tn melius t verius videt sibi tenere q in ipa cōceptione xpi nihil actiue opata est: sed solū mām ministrauit; operata tn est anteceptionē aliqd actiue preparando māz vt esset apta conceptui. Rō ℣o quare in cōceptione nihil est actiue opata sumi pōt ex dictis Augustini in. x. sup Genesim ad lram. ℙncipiū nāq actiue in generatione dr rō seminalis. Corp9 aūt xpi in sola mā corporali p diuinā potētiā conceptionis formationisq rōnem de virgine assumptū est: nō āt fm aliquā rōnem seminalē humanā. Insup cū quelibz res sit ꝓpter suā opationē vt dicit Aristo. ij. de celo t mūdo. Natura nō distingueret ad opus generationis serū maris t femine: nisi esset distincta operatio maris ab opatione femine. In generatione aūt distinguit operatio agentis t patientis. Dñ relinquit q tota virtus actiua sit ex pte maris: passiua ℣o ex parte femine: pq nō in plantis in quibus vtraq vis cōmiscet nō est distinctio maris t femine. Quia ergo virgo nō hoc accepit: vt esset pr xpi. sed mr cōsequens est q non accepit potentiā actiuā in ceptōe xpi siue aliqd actiue egerit. ¶Tertiū dubiū erat vtrum btā virgo fuit vera mr xpi. Sic eni dr in scripturis q fuerit mr t xps filius. vñ Luce. i. dixit angelus. paries filiū. Et Luce. ij. pepit filiū. Et ℳatth. ij. Accipe puerū t mrem eius. Et Luce. ij. dixit mr eius ad illū. Fili qd feciſti nobis sic. Et Joānis. ij. ca. Erat mr iesu ibi. Sed forte inquiūt: mr fic nominatur: qz filiū illū in suo vtero ex miraculo genitū educauit t aluit ita q ex pietatis officio nō cōditione aut ꝓprietate nature sic nuncupet. Ad qō rndemus fm Augusti. in li. de eccleſiasti. dog. vbi ait. Natus est fm veritatē nature ex deo dei filius. Natus est fm veritatē nature ex hoie: hois filius: vt nō adoptione nō appellatione: nō nuncupatione: sed nā in vtraq natiuitate nascendo filij nomen haberet. Fuit igit ℣go sctissima vera mr xpi qō ꝓbamus ex dictis sancti Tho. i. pte q. xxvij. Et iij. pte. q. xxxij. Nam ad rōnē vere paternitatis vel maternitatis t filiationis cōcurrunt precipue tria. ℙrimū est generatio viuentiū: vt viuū generet viuū. Et ꝓptereq qz ignis generans nō est gd viuens nō dr pr aut mr ignis generati. Scōm est collatio substantie. Nam faber lignoz non dr pr scamni aut cuiuslibet alteri9 artificij qō ipse fabricat qz non cōicat sibi suā substātiā. Tertiū est materie ꝓparate administratio: ꝓptereq terra nō dr ꝓprie mr hois qz est mā remota. Et quartū addit qō ē

assimilatio in nā specifica. Jō capillus ab hoīe generatus nō dr filius hois qr nō assimilatur hoi specifice. Cū g̃ btā virgo viuens genuerit xp̃m viuentē cōicauitqz ei corpulentā substātiā administrauitqz ad formationē corporis eius mām preparatā t xp̃s ab ea genitus fuit ei similis in specie qr pfectus hō ex aīa rōnali t hūana carne subsistēs: sequit q xp̃s fuit ei⁹ filius t ipsa illius vera mr. Si āt aliqs obijceret q xp̃s ex btā virgine miraculose natus est sed miraculosa generatio nō sufficit ad rōnez maternitatis vel filiationis. Nō eni dicimus Euā filiā fuisse Ade: ergo videt q xp̃s nō debeat dici filius btē virginis. Rndere possum⁹ sm Damascenū in.iij.li. q natiuitas tpalis q̃ xp̃s natus est pp nr̄am salutē ē quodāmō sm nos qm̄ natus ē hō ex muliere t tpe cōceptionis debito. Sup nos āt qm̄ nō ex viri semine sed ex sctō spū t sancta virgine sup xp̄ē cōceptionis. Exquo vt inquit Tho.iij.pte.q.xxxv Ex parte mris nativitas illa fuit nālis sed ex parte opatiōis spūs scti fuit miraculosa. Vñ btā virgo est vera t nālis mr xp̃i. Quis ergo explicare queat quāto affectu filiū illū gestauit in vtero pepit i psepio suoqz lacte pauit vbere de celo pleno. Quis enarrare sufficiat quāto gaudio eius infantilia mēbra cōtrectabat dū inuoluebat pannis t stricta cingebat fascia. Quis isup excogitare valeat q̃z gratissima fuit amboz̄ puersatio amoris pinguedine plena: Cōuiuebant pacifice: Colloquebant benigne. Et virgo ore mellifino fili mi sepius ingeminabat: audiebat rñdentē illū cū oi reuerentia genitrix mea colendissima.

¶ Q̃ btā virgo dei genitrix ē dicēda q̃ meruit pcipe xp̃m cuius insup p̄rogatiue ab hoie ñ possunt cōprehendi. Capitulum.iij.

¶ Ertiū priuilegiū maternitatis virginis illibate dr dignitatis. Alie nanqz mres puri hois: hec hois t dei mr fuit. Sed p huiꝰ partis expeditione iocunda tria adhuc dubia declaremus.

Primū vtrū btā virgo sit dei genitrix appellanda.

Scōm vtrū btā virgo meruit cōcipe xp̃m.

Tertiū vtrū virginis prerogatiue possint ab hoie cōprehendi.

¶ Ad primū dubiū rñdemus q bñ cōgrue ac verissime virginē gloriosā appellamus genitricē dei. Jngt nanqz ioannes Damascenus Theothocon vere sctām mariā predicamus virginez. Et in capitulis Cirilli approbat⁹ in Ephesina sinodo dr. Si qs nō confitet sctām virginē genitricē dei anathema sit. Et scā mr ecclesia in diuinis officijs illā sic crebro noīat In officio misse inducit verficulum Sedulij Salue ait sancta parens enixa puerpera regē qui celū terrāqz regit in secula seculoz̄. virgo dei genitrix quē totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Et in offertorio. Post partū virgo inviolata permansisti dei genitrix intercede pro nobis. Et in vesp̄is Aue maris stella dei mater alma. Et in cōpletorio. Sub tuū p̄sidiū confugimus sancta dei genitrix Et in letanijs. Sctā dei genitrix ora pro nobis. Quare autē sit cōueniens t ppria ista locutio declarat a Bonauen.in.iij.di.iiij. Et a Tho.in.iij.parte.q.xxxv.. qr omne nomē significans in concreto nām aliquā pōt supponere p qualibet ypostasi illius nature. Cuz autē vnio incarnationis sit facta in ypostasi manifestū est q hoc nomen deus pōt supponere ypostasi habente humanā nām t diuinā Et ideo quicqd conuenit diuine nature t humane pōt attribui illi persone. Concipi autez t nasci persone attribuit t ypostasi sm nām illā in qua concipit t nascitur. Cum g̃ in ipso principio conceptionis fuerit humana nā assumpta a diuina persona. cōueniēs est q vere possit dici deū esse conceptū t natū de virgie Ex hoc āt dr aliqua mulier alicuius mater q cum concepit t genuit. Quare t beata virgo vere dicit mater dei q sit mater diuinitatis: sed qr persone habentes diuinitatē t humanitatē est mater sm humanitatē propter cōmunicatōez ydiomatū. ¶ Scōm dubiū erat vtr btā virgo meruit concipere xp̃m. Ad qđ Bonauētura in.iij.di.iiij.ait. q meritū distinguitur tripliciter. Est eni meritū condigni: Meritū congrui: t meritū digni. In merito condigni attenditur equalitas vtputa dū qis p diē vel mensē seruit alicui p conuenienti mercede labore debito finito merct mercedē illaz de condigno. Quantū eni laborauit t quāto tpe tantū sibi debet. In merito congrui attenditur dispositio ad aliquā mercedē consequēdā in futuro puta si Rex vel princeps aliquis p sua magnificentia proclamari fecisset q si quis vno cursu p determiatū spatiū pcederet reliquos currentes lucrareꝰ libram vnam auri: tunc multi hoc audientes ad currendū se preparent. Inter qs esset vnus agilis valde t ad

matrẽ sibi dedit ⁊ toti celesti curie. ¶ Scõa ex
cellentia virginis q̃ magnã eius gloriã mon-
strat: charitas nũcupat. Dões nempe ordines
⁊ status glorie principaliter distinguunt ſm
superiores ⁊ inferiores rões diuini amoris
Nõ enĩ in oi rõne charitatis distingui possũt
cũ oẽs participent illã: nec p aliquã rõnem q̃
nõ fit rõ diuini amoris põt vnus sup alteruz
in maiori ꝓpinquitate seu vicinitate ad deuz
supcollocari. Maternus ergo amor incõpa-
bilit transcendere debet oẽs alias rões amo
ris in deũ: preter illã q̃ est in aia xp̃i: q. ſ. fertur
realiter in deũ tanq̃z in psonã propriã. ¶ Ter
tia virginis excellẽtia magnitudinẽ glorie ei⁹
oĩdens: tranquillitas noiat. Xpi enĩ aspectus
filialis ad matrẽ singularissim⁹ ac amoro sissi
mus ⁊ transcendentissim⁹ esse debet: ita q̃ to
tã celestẽ curiã simul sumptã preter matrẽ nõ
dz aspicere sub tali reuerentia nec sub ordine
talis aspectus seu amoris. Quãto ãt dei aspe
ctus altius fertur in aliquẽ btõz: tanto forti⁹
⁊ altius se p beatitudinẽ imprimit illi: ⁊ tanto
altius conspicit ⁊ suspicit ac acceptat ab eo.
Igit inexplicabile est sub quãta altitudine: la-
titudine: ⁊ itimitate a deo virgo aspiciat. Jõ
er consequenti sup oẽs alios in gloria coro na
tur. Nũ Piero⁹ in sermone de assũptione ait
Mec in mũdo dignior loc⁹ fuit virginalis vte
ri templo in quo dei filiũ suscepit: nec in celis
sublimior regali solio quo mariã marie filius
sublimauit. ¶ Quarta virgis dignitas capa
citas dicta est. ſm enĩ Dionysiũ. Dia inferio
rũ dona in supioribus in tanta excellentia sũt
q̃ quasi nulla cõpatio est nisi sicut est in circũ-
ferentia ad suũ centrũ. Cũ ergo btã virgo su-
pra oẽm ordinẽ sit in tantũ q̃ p se faciat ordi-
nez incõicabilẽ sicut predictũ est: sequit q̃ sup
oẽs inferiores ordines tã angelo z q̃ hoium
simul sũptoz ipsa improportionabiliter est ꝑ
lata. Et quicqd est glorie in oi inferiori glorifi
cata nã tã angelica q̃z hũana: multo preexcel-
lentius est in virgine mr̃e dei: nec dubiuz hoc
reddat alioz btitudo numerosa: multa: ⁊ ma-
gna q̃ hoc nihil facit ad rẽ maioritatis glorie
essentialis seu substantialis Mã in spũalibus
idẽ mai⁹ q̃ meli⁹ reputat. Mã pl⁹ de substan
tiali gloria ẽ in vno seraphin q̃z sit in oib⁹ in-
feriorib⁹ angelis: ẽt si p impossibile ſm nãm
multiplicarẽt in infinitũ. Supaddẽdũ ergo
est q̃ nullus inter puras creaturas ordo in ce
lis tm̃ supat ordinẽ imediate sibi cõiunctum
quantũ gloria mr̃is dei supat oẽ q̃ ei inferi⁹
est. Ad q̃ intelligendũ cõsideremus q̃ in cor
poribus vniuersi supiora cõtinent inferiora ⁊
inertimabiliter plus. ¶ Quinta virginis di-
gnitas q̃ illi⁹ gloriã declarat dr̃ vnitas. Quã-
to enĩ btã magis vniunt cũ deo: tãto glorioso
res sũt in eo. Dões ãt creature simul iuncte nõ
tãtum vniunt deo quãtũ sola btã virgo. Ad
cuius intelligentiã notandũ est q̃ sex sũt gra-
dus vnionis in deũ quibus creature in illum
gradatim ascendunt.

Primus est vnio creationis.
Scõus cognitionis.
Tertius dilectionis.
Quartus glorificationis.
Quintus maternalis conceptionis.
Sextus personalis vnionis.

Primus gradus est creationis. i. p participa-
tionẽ essendi p quã entia cõiũgunt deo vt cãe
efficienti ⁊ exemplari atq̃z finali. Scõus gra-
dus est vnio cognitõis. ſ. p vim intelligendi p
quã intellectualia vniunt deo vt supnãli cre-
dibili: ⁊ vt credito ⁊ credendo. Tertius grad⁹
est vnio dilectõis q̃ amici dei in pñti vita vni
unt illi p amorẽ. Quartus gradus dr̃ glorifi-
cationis. ſ. p donũ glorificationis p visionẽ ⁊
fruitionẽ gl'ie sempiterne p quã aia vnit deo
vt obiecto btifico facilitter viso. Quintus est
vnio maternalis ꝓceptionis p quã btã virgo
est facta mr̃ dei: ita vt vna atq̃z eadẽ esset caro
virginis ⁊ caro xp̃i nõ cõsiderata in rõne diui
nitatis eius. Sextus ãt est grad⁹ psonalis vni
onis q̃ cõpetit xp̃o q̃ fuit de⁹ ⁊ hõ ꝓpter vni-
onẽ nãrũ in psona verbi. In quolibz ãt istoz
graduũ quilibet excedit alteruz in infinitũ. q̃
inferior in sua specie multiplicat⁹ in infinitũ:
supiori equiparari ñ valet. Qõ sic patere põt
Primũ enĩ pz. q̃ esse in infinitũ excedit non
esse q̃ talia infinita nõ entia nõ equivalẽt mi
nimo puncto essendi. Scõm ẽt patet. q̃ infini
ta ñ intellectualia vni intellectui equalere nõ
possũt. Tertiũ sil'iter pz. q̃ oẽs intellectus in-
fideles ⁊ inimici dei nõ equivalẽt vni fideli ⁊
amico dei. vñ Prouerbioz. xvi. ca. scriptũ est
Melior est vn⁹ timẽs deũ q̃z mille filij impij
Qõ qdem verũ est nisi ꝑ quãto quidã ex eis
in dei predestinatione pro tpe futuro habent
vt dei fideles atq̃z amici. Quartũ etiaz patet

Nā quicqd dari pōt citra visionē dei non equalet vni btō: qz oia simul sūpta non facerent vnū btm̄. Quitū ēt pz. Nā illa vnio siue accessus q est p maternalē cōceptionē transcendit oēs inferiores t in infinitū ꝓput in hoc accessu includit maximus amor sibi correspondēs ac plenarie cōsūmans: qz fit cōis amoris gradus cōsūmat in gloria: sic maternus dei amor consūmat i maria. Sextū t vltimū insup pz. Nā gradus vnionis psonalis tante est transcēdētie q reliqui citra ipsū infinities multiplicati ei equalere nō possunt. Ecce q quintus ascensus vnionis in deū. s. p maternalē cōceptionē in infinitū excedit oēs alios precedentes. Ex q manifeste apparet q q̄tū in pñti seculo talis vnio excessit alias vniones in gra tātū nūc in paradiso excedit in gloria.

¶ Q̄ pie credere possumus t verisimiliter debemus tenere virginē a mortuis resuscitatā: assūptā cū corpore t aia in celū. Capitulum. iij.

TErtium qō fecit deus magnū in virgine gloriosa dr assumptio. Vt eni pie credit tertia die post q̄ corpus virginis fuit sepultū duz ibidē cōmorarent apostoli aduenit iesus cum multitudine angelorum ipsosq salutauit dicens. pax vobis. qui rūderunt. Gloria tibi deus qui facis mirabilia magna solus Tūc saluator locutus est dicēs. Surge columba mea tabernaculū glorie: templum celeste: statimq surrexit t de tumulo ab aplis patefacto prodijt. Sicq gloriose cum corpore ad celestia regna perrexit. Et licet hoc non sit nobis certitudinaliter reuelatū: tamen sic habet cōmunis oim sanctorū opinio. Ipsi nāq ad hoc tenēdum congruentissimis rationibus inducunt. Ex quibus nos quinq annotabimus.

Prima dr completionis.
Scōa honorationis.
Tertia sanctificationis.
Quarta perfectionis.
Quinta gratificationis.

Prima rō probans virginē assumptā cū corpore t aia dr completōnis. Creditur nanq q multorum sanctorum sit resurrectio completa q cū aia simul t corpore possident regnū celeste cū xpō. Multo magis hoc cōuenire debz virgini gloriose. Vñ t de hoc Hiero⁹ in sermōe ad paulā t eustochiū inquit. Quō āt vel quo tpe aut a quibus personis sanctissimū corpus virginis a sepulchro ablatū fuerit: vl vbi trās positū: vtrūue resurrexerit nescitur cuius nō nulli astruere velint eā iam resuscitatā t btā cū xpo imortalitate in celestibus vestiri. Qō t de btō ioāne euangelista eius ministro: cui virginī a xpo virgo commissa est plurimi asseruerāt: qz in sepulchro eius vt ferē nō nisi māna inuenit qō escaturire cernit. Verūtū quid horum verius censeat ambigimus. Melius tñ deo totū cui nihil impossibile ē cōmittim⁹: q̄ aliqd temere diffinire velim⁹ auctoritate nra Sicuti t de his q cū dño teste euangelio resurrexisse credunt. Sed vtrū redierint in terre pulueres an nō: certū nō habemus nisi qō legim⁹ qz multa corpora sctōrum qui dormierāt surrexerunt ac venerūt in sctām ciuitatē. s. hierusalez t apparuerūt multis. De quibus ꝓfecto nonnulli doctorum senserūt t in suis reliquerūt scriptis q iā in illis ꝓpetua sit cōpleta resurrectō Vñ t btūs petrus dixisse legit cū de dauid loqueret in testimoniū. Et sepulchrū ingt eius apud vos est: quasi nō sit ansus dicere q ipse aut corp⁹ eius apud vos est: sed tm̄ sepulchrū q̄ cōditus fuerat. Nunc eni aiūt resurrexisse t ipsū cū ceteris sctis. Et iō vacuū remāsisse monumentū: vt nūc btē marie cernit. Qō sane factū t de alijs quibuslibet locis scriptura nr firmare conant q bi iā cū xpo regnent resuscitati in eternā societatē: qō qz deo nō est impossibile nec nos de btā maria factum abnuimus.

Scōa rō probans virginē cū corpore t aia assūptā dr honorationis. Dicit eni Bernard⁹ Sctōrum corpora deus preciosa sublimiū tā gloriose venerabilia reddidit t honore tam mirifico sublimauit: vt t ipsis deputet locus eorū veneratiōi cōgruus t ad ipsa mundus ꝓperet vniuersus. Si ergo marie corpus sup terrā esse dicat cuz nec deuota frequentet visitatione fideliū nec eidē locus deputet honoris: nimirū videbit xpm honorē materni corporis cōtempsisse: cū tñ sup terrā alioꝝ sctōrum corpa sic honoret. Tertia rō dr sanctificationis: vt ei dictū est in precedentibus: qz btā virgo sanctificata fuit anteq̄ nasceret: fomes in ea nūq̄ aliquē actum habuit: t p scōam sanctificationem totaliter ab ea fuit sublatus. Cū ergo vtiū fomitis inducat debitū incinerationis in carne: videtur q corpus virginis a tali debito oino fuerit absoluta: t per consequens nec ei⁹ corpus debuit incinerari. Jsta est ratio Ricardi in. iiij. di. xliij. Vt plene diximus in sermone de resurrectione christi. Quarta ratio dicitur perfectiōis. Sicut enim maria fuit plena

gra pre ceteris puris creaturis: ita debuit esse plena gloria t ita cuz corpore glorificanda añ resurrectionē alioz. De h̄ sic dicit Aug⁹. Si merito pre oibus viuentibus marie donata est gra: morte erit minuenda: Absit: cuz mors alioz sctoz preciosa sit t gloriosa. Quinta rō dr̄ gratificationis. Decuit quippe virginē cū corpe ad glīā deduci: vt filius eus būdictus i oibus grat⁹ maternis būficijs inueniret. Ipa nāqz fuit q̄ filio ex purissimis sanguinib⁹ ei⁹ corpulētā substantiā dedit. Ipsa q̄ nouē mēsi b⁹ vtero suo portauit. Ipsa q̄ illū letant pepit t pannis inuolut ac lacte pauit. Ipsa que in suis necessitatib⁹ eū inuit illiqz quātū potuit studiosissime semp occurrit. Ipsa q̄ eū dulci suū iesū dilexit. Ipsa ḡ digna regnare cū filio assumi debuit ēt cum corpore ad regnū celoz: Quia vt Aug⁹ ait. Putredo t vermis būane est opprobriū conditionis: a q̄ opprobrio cum iesus alienus sit marie nā excipit quā iesus ō ea assūpsisse ꝓbat. Firmiter ḡ credimus q⁹ saluator oīm iesus colendissimā suā mr̄ez voluit in corpe t aia facere gliosā quā nos laudare conemur. Hec siquidē ē p quā ois maledictio soluta est: t celestis būdictio venit in mundū. Hec ē q̄ ꝓ nobis pctōribus infatigabilit̄ intercedit. Hec regina misericordie ad quā confugientes tuti eē valemus. Hanc oēs inuocem⁹ vt p illius merita in hoc seculo impetremus gr̄am sui filij t in futuro perueniamus ad eternam requiem. Amen.

¶ Sermo trigesimus de angelis quoz solennitas i ecclesia celebrat ꝓpter miraculū quod apparuit in monte Bargano.

Angelis suis deus mandauit de te vt custodiant te in oīb⁹ vijs tuis. Illuminati ꝓphete verba sūt ista originaliter psalmo. xc. Debitores sumus fratres charissimi angelis beatis qm̄ volente deo innumera vt sic loquar: būficia nobis p̄stare nō cessant. Quia tm̄ ipsi inuisibiles sūt t immāles substātie: plericqz illos negligūt venerari. O b qō vt būane imbecillitati cōsuleret singulari mō in mōte gargano. Anno dn̄i. ccc⁰. xc⁰. locus inuētus est in q̄ archangeli michaelis alioz qz angeloz iugis memoria vsqz ad cōsūmationem seculi ꝑmaneret. Nam dū quidā pdines noie garganus q ex cuentu suo monti vocabulum dedit infinita pecoz multitudine abundaret contigit vt semel thauz perderet. Quē solicite querens inuenit eundē in vertice montis foribus cuiusdā assistere spelūce: quē cū sagitta appetisset illa velud flamine vēti retorta. eū a q̄ iactata ē mox reuersa pcussit. Turbati ciues t stupefacti. Episcopū Sipontinū quid facto opus essz cōsuluerūt. Qui triduanū indixit ie iuniū: orandū qz deū p̄cepit. Quo pacto sctūs archangelus michael apparuit p visionē epo dicens. Ego sū michael archangel⁹ qui in conspectu dei sp assisto. Volui āt locū illius spelunce mihi dedicandū illo iudicio sagitte cunctis mortalibus declarare: qua visiōe letior factus eps alijs qō viderat enarrauit. Et sic abeo tpe ecclesia ibi cōsecrata fuit ob reuerentiā bti archangeli q̄ vsqz in p̄sentem diē a cūctis fidelibus deuotione precipua frequētat. Quapropter t solennitas angeloz a patribus fuit instituta: quā ex debito t obligatōne p̄cepti mense septēbris oēs celebrare tenent. Quia Xo in tanta festiuitate mens nr̄a ad ipsos angelos colendos precandosqz est inflāmanda. Iccirco de ipsis in p̄nti sermone dicemus: de quibus tria mysteria erūt decurrenda.

Primū dr̄ cognitiōis.
Scōm productionis.
Tertiū missionis.

¶ Qualiter angelus ab hoie cognosci pōt: t quō spūs est incorporeus: q tm̄ pōt in assūpto corpore apparere. Capitulum. j.

Primū de angelis mysteriū decurrendū dr̄ cognitionis. In quo tria dubia ꝓponimus illustranda.

Primū vtr̄ substātie sepate q̄ dicunt angeli possint cognosci ab hoibus viatoribus.
Scōm vtrū angeli habeant corpora sibi naturaliter vnita.
Tertiū vtrū assumunt aliqn̄ corpora.

¶ Pro primi dubij illustratione distinguere possumus triplicem noticiā.

Prima dr̄ ꝓpria t intuitiua.
Scōa cōmunis t effectiua.
Tertia fidelis t reuelatiua.

Prima noticia⁹ dr̄ ꝓpria intuitiua q̄. s. cognoscit angelus in sui substantia sicuti est. Et hac angelus cognosci nō pōt a puris viatoribus vt ingt Tho. i. pte. q. lxxxviij. ex eo q⁹ itellect⁹ nr̄ fm statū p̄sentis vite nihil intelligit nisi cōuertendo se ad fantasmata. Et sic substantias immāles q̄ sub sensu t imaginatione non cadūt primo t p se fm modū cognitōis nobis

expertū intelligere nō possum⁹. Immō ꝛ adā in statu inocētie vt ēt dicit Tho. i. pte. q. xciiij. Intelligere nō potuit substantias sepatas: eo ꝙ illi aie cōpetebat mod⁹ intelligendi p conuersionem ad fantasmata sicut ꝛ nobis. Et lz Plato voluerit ꝙ substantie imāles nō soluz a nobis intelligunt sed sint ēt prima a nobis intellecta. Posuit eni formas imāles subsistētes quas ideas vocabat esse, pria obiecta nr̄i intellect⁹: ꝛ ita primo ꝛ p se a nobis intellecta Sz qz aie cognitio applicat reb⁹ mālibus fm ꝙ intellectui pmiscet fantasia ꝛ sensus. Ideo quāto magis intellect⁹ fuerit depuratus tāto magis pcipit immāliū intelligibilē veritatez. Nichilominus ꝑriū videt sētire in Thimeo. vbi dixit. Inuisibiliū diuinarū potestatū que demones nūcupant: prestare rōnē magis est opus q̄z ferre valeat hois ingeniū. De cōmētatore Yo asserit Tho. ꝙ in. ij. Metaphisice dixit si substātie separate abstracte nō posset intelligi a nobis tūc nā ociose egisset: qz fecisz illud qō est in se nālter intellectū: nō intellectū ab aliq̄. Sed dictū hoc deficit primo qz nō sequit ꝙ si substantie separate nō intelligunt a nobis: non intelligant ab aliquo intellectu: intelligunt ei a seipsis ꝛ a se inuicē. Scōo deficit smia cōmētatoris: qz nō est finis substantiaꝝ separataruz vt intelligantur a nobis. ¶ Scōa cognitio dr̄ cōis effectiua: qñ cognoscit cā p effectū: ꝛ est cognitio quedā generalis: hanc cognitionem habuerunt philosophi de angelis ꝛ precipue Aristotcles in. xi. Metaphisice. qui voluit ꝙ intelligentie moueret speras celoruz ꝛ celestia corpa. ¶ Tertia Yo cognitio dr̄ fidei ꝛ reuelatiua: qñ. s. aliqd cognoscit fide qz sic est certi tudinaliter reuelatū. Hoc mō relictis phoruz vanitatibus atqz erroribus hoim curiosoruz nos firmissime asserimus ꝙ angeli sunt nobilissimi spūs deo bono fruētes: nobis vt infra docebim⁹ benivoli ꝛ affecti: quib⁹ medijs dei secreta ꝛ mysteria gr̄e boibus sunt reuelata. Mali Yo penis eternis iustissime reputati. Si Yo qs quereret vñ hec veritas est exorta Rñdemus. ꝙ ex latissimo campo scripture sacre veteri videlicet nouoqz testamento vbi ō angelis expressa fit mentio. Vñ Geneseos ca. xvi. scribit de Agar dū fugeret esset qz in solitudine: qz affligebat eā Sara dña sua. Cunqz inuenisset eā angelus dñi iuxta fontē aque in solitudine ⁊c. dixit ad illā. Agar ancilla sarai vñ venis ꝛ quo vadis? qui rñdit. A facie dñe mee ego fugio. Dixitqz ei angelus dñi. Reuertere ad dñaz tuā ꝛ būiliare sub manibus illi⁹ Et Genes. xix. ca. Venerūt duo angeli sodomā vespere. Et. xxij. ca. Angel⁹ dñi de celo clamauit dicens. Abrahaz abrahā. Et. xxviij. ca. Vidit iacob in somnis scalā stantē sup terrā ꝛ cacumen illius tangens celū angelos quoqz dei ascendentes ꝛ descendētes p illā. Et. xxxij. ca. Jacob itinere quo ceperat abijt: fueruntqz ei obuiā angeli dñi. Et Exodi. xiiij. ca. Angel⁹ dei precedebat castra israel: ꝛ cū eo pariter columna nubis. Et. xxiij. ca. Mittā angelū meū qui precedat te ꝛ custodiat in via introducat ad locū quē preparaui tibi. Et Numeri. xxij. ca. Cū vidisset asina stantē angelū cecidit sub pedibus sedentis. Et. ij. Regū vltimo ca. Cū extēdisset manū angel⁹ dñi sup hierl'm vt disperdet eā misertus est dñs sup afflictionē ꝛ ait angelo pcutienti. Sufficit nūc contine manū tuā. Erat āt angelus dñi iuxta aream ornā iebusei. Et. iiij. Regū. i. ca. Angelus dñi locutus est ad heliā. Et. xix. ca. Angelus dñi pcussit in castris assirioꝝ. Et Thobie. v. ca. Egressus thobias inuenit iuuenē splendidissimū stantē p cinctū ad ambulandū ꝛ ignorans ꝙ angelus dei esset salutauit eū ꝛ dixit. vñ te habem⁹ bone iuuenis. Et Judith. xiij. ca. Viuit dñs qm custodiunt me angelus eius. Et Ecclesiastici. v ca. Ne dicas coram angelo tuo nō est ,puidētia. Et ꝓs. viij. Minuisti eū paulominus ab angelis. Et. xxvi. Adorate eum oēs angeli eius. Et ciij. Qui facis angelos tuos spūs. Et. cxlviij. Laudate eū oēs angeli eius. Et Baruth. vij. ca. Angelus meus erit vobiscū. Et Danielis iij. ca. Angelus aūt dñi descendit cū açaria ꝛ socijs eius in fornacē ꝛ excussit flāmā ignis ō fornace. Et codē ca. Benedicite angeli dñi dño laudare ꝛ superexaltate eū in secula. Et. xiiij. ca. dixit angelus dñi ad Abacuc. Fer prandiū qō habes danieli in babilonē q est in lacu leonū. Et Malachie. iij. ca. Statim veniet ad tēplū sctm̄ suū dñator⁹ quē vos queritis ꝛ angelus testamenti quē vos vultis. Et Luce. i. ca. Apparuit çacharie angelus dñi stans a dextris altaris incensi. Et codē ca. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomen naçareth ad virginē desponsatā viro. Et. ij. ca. Angelus dñi stetit iuxta illos. Eodē ca. Facta est cū angelo multitudo militie celestis exercitus. Et. xxij. ca. Apparuit et āgel⁹ dñi de celo cōfortās eū. Et Matthei. i. ca. Angel⁹ dñi ap-

paruit i somnis ioseph. Et.iiij.ca. Accesserũt angeli ⁊ ministrabant ei. Et.xxij.ca. Erunt sic̃ angeli dei in celo. Et.xviij.ca. Angeli eor̃ sp̃ vident faciẽ p̃r̃is mei qui in celis est. Et.xxiiij ca. Mittet angelos suos cu3 tuba. Et.xxv.ca. Cũ venerit filius hois in maiestate sua ⁊ oẽs angeli eius cum eo. Et.xxvi.ca. An putas q; n̄ possũ rogare p̃rem meũ ⁊ exhibebit mihi mo plusq̃ duodecim legiones angelor̃. Et Joannis. v.ca. Angelus aũt dn̄i fm tempus descendebat in piscinã. Et ad Hebreos.i.ca. Cui aliq̃ angelor̃ dixit filius meus es tu. Et Actuũ xij.ca. Angelus dn̄i astitit ⁊ lumen refulsit in habitaculo carceris. Eodem ca. Misit dn̄s angelum suũ ⁊ eripuit me de manu herodis. Et Apocalipsis.i.ca. Significauit deus que oportet fieri cito loquens p̃ angelum suũ seruo suo ioanni. Et.ij.ca. fit mentio de angelo pgami Thatire ⁊ Smirne. Et.iij.ca. de Angelo Sardis: philadelfie ⁊ laodicie. Et.vij.ca. de angelo ascendente ab ortu solis. Et.x.ca. de angelo amicto nube. Et.xij.ca. de angelis preliantibus. Et.xviij.ca. de angelo habente euangeliũ eternũ. Et.xvi.ca. de septem angelis habẽtibus septez phialas ire dei. Et.xviij.ca. de angelo descendente de celo habente potestatem magnã. Et.xx.ca. de angelo descendente de celo habente clauẽ abyssi ⁊ cathenã magnã. Et xxij.ca. ō angelo qui nō pmisit se adorari a ioanne. Ex quibus oibus cogimur cõfiteri esse angelos licet illos p̃ statu isto in sui substãtia videre nō valeamus. De demonibus aũt videre potes que posui in tractatu de timore iudicior̃ dei. ¶ Scõm p̃ncipale dubiũ ꝓpositũ fuit vtr̃ angeli habeãt corpa sibi nãlit vnita Et quidã contendunt probare q; sic. Primo q; Origenes in libro periarchon dicit. Solꝰ dei.i. p̃r̃is ⁊ filij ⁊ spũs sancti vere id ꝓpriũ ẽ vt sine mãli substantia ⁊ absq̃ vlla corporee additionis societate intelligatur existere. Et Bernardus omel. vi. sup cantica ait. Liquet oẽm spm̃ corporeo prorsus indigere solatio Et Aug⁹ in.ij. sup Genesim ad lram. Et i.iij de trini. Et in. viij. de ciuita. dei. Et in li. de ecclesiasti. dogma. videtur asserere. q; angeli habeãt corpora aerea ⁊ subtilissima. Scõo Gregorius in omelia vocat angelũ aial rõnale. oẽ aũt aial habet corpus sibi naturaliter vnitu3 Tertio arguit. quia perfectior est vita in angelis q̃ in animabus. Sed anima non solum viuit sed etiam viuificat corpus: ergo angeli habent corpora sibi naturaliter vnita. Sed contra istos ita debiliter arguentes est ꝺoctrina omniũ theologoruz in.ij. Senten. di. viij. qui sequentes Dionysium ⁊ Damascenum asserunt angelos non habere corpora sibi naturaliter vnita. Et ratio fm Tho. i. pte. q. v. Quia quod accidit alicui nature non inuenitur naturaliter in oibus in natura sicut habere alas q; nō est de rõne aialis non conuenit oi aiali. Cum aũt intelligere nō sit actus corporis nec alicuius corporee virtutis habere corpus vnitum nō est de ratione substantie intellectualis inq̃tum huius. Sed accidit alicui intellectuali substantie propter aliquid aliud sicut aie rationali competit vniri corpori q; est imperfecta ⁊ in potentia existens in genere intellectualium substantiarũ non habens in sua natura plenitudinẽ scientie sed acquirens eam p̃ sensus corporeos a sensibilibus rebus. In quocũ q; ãt genere inuenit aliquid imperfectũ oportet preexistere aliquod perfectũ in genere illo. Sunt ergo alique substantie intellectuales p̃fecte in nã intellectuali nō indigentes acquirere sciaz a rebus sensibilibus. Quare nō oẽs substãtie intellectuales sũt vnite corporibus sed aliq̃ sũt a corporib⁹ separate. Ad primũ ergo obiectũ de sntia Origenis dicit Tho. q; audiẽdus nō est q; vt scribit Hiero⁹ in epl'a ad desideriũ. Origenes melior in bonis peior in malis fuit. Cui⁹ hereses in libris piarchon quos ipse cõposuit maxime inueniri dicunt. Magr̃ in hist̃ia scholastica sup Genesim circa p̃incipiũ. Periarchon ingt ẽ liber in quo Origenes dixit xp̃m adhuc in aere, p demonib⁹ pati debere: sic in terra passus est p̃ hoibus. Aug⁹ No in pretactis locis nō loquit asserendo sed referens opinionẽ platonicor̃ qui ponebant esse q̃dã aialia aerea q̃ demones noiabãt. Dictum adhuc Bernardi intelligendũ est sanc. q; spũs creati indigent corporeo instrumento non sibi naturaliter vnito sed ad aliquid assumpto propter instructionẽ nostram. Ad secundũ de verbo Brego. rñdetur q; ipse vocat angelũ rõnale aial methaphorice, ꝓpter similitudinem rationis. Ad tertiũ inquit sanctus doctor q; viuificare effectiue simpliciter p̃fectionis est. vñ ⁊ deo conuenit. Sed viuificare formaliter est substantie que est pars alicuius nature ⁊ nō hñtis in se integrã nãm specici. vñ substãtia intellectualis q̃ nō est vnita corpori est p̃fectior q̃ ea que est corpori vnita. Hinc

Damascenus ait. Angelus est substantia intellectualis incorporea. Et Dionysius. Angeli sunt spūalia lumina imāles incorporei. ¶ Tertiū dubiū principale fuit vtrū angeli assumāt aliqñ corpora. Et q̄ sic p̄z: q̄ Aug⁹ li. xvi. de ciui. dei. dicit q̄ angeli in assūptis corporibus Abrahe apparuerunt. Tho. Vo ait q̄ nōnulli tenuerūt angelos nūq̄z corpora assūpsisse. Sz oia q̄ in scripturis diuinis legunt de apparitionibus angelox contigisse p̄m imaginatōz Tñ hoc nō videt consonū intentōni sacre scripture. Dm id qō imaginaria visione videt est in sola imaginatione videntis. vñ nō videtur indifferens ab oibus. Scriptura āt diuina sic introducit interdū angelos apparētes vt cōit ab oibus viderent. Sic angeli apparētes abrahe visi fūt ab eo t a tota familia eius: a loth t a ciuibus sodomox visi fūt angeli q̄ venerūt sodomā vespere. Siliter angelus q̄ apparuit thobie ab oibus videbat. Exq̄ manifestū ē ista sic cōtigisse p̄m corporeā visionē q̄ videt id qō positū ē extra videntē. vñ ab oibus videri pōt Tali aūt visione nō videt nisi corpus. Cum ḡ angeli neq̄z sint corpora neq̄z habeāt corpora sibi nāliter vnita: relinquit q̄ assumant aliqñ corpora. Et lz illis nō indigeāt ꝓpter seipsos assumūt tñ illa pp nos: vt familiarit cū hoib⁹ cōuersando demonstrent intelligibilē societatem quā hoies expectāt cū eis habendā in futura vita. Insup q̄ angeli corpora assūpserūt in veteri testamēto fuit qōdā figurale indiciū q̄ verbū dei assūpturū esset corpus humanū. Dēs eni apparitiones veteris testamenti ad illā apparitionē ordinate fuerūt q̄ fili⁹ dei apparuit in carne. Motādū tñ q̄ corpus assūptū vnit angelo ñ quidē vt forme: nec solū vt motori sed sic motori representato p corpus mobile assūptū. Sic eni in sacra scriptura ꝓprietates rerū intelligibiliū sub silitudinib⁹ reruz sensibiliū describunt. Ita corpa formāt fic ab angelis diuina virtute vt cōgruant ad representandū angeli intelligibiles ꝓprietates. Et hoc est angelū assumere corpus. Et si qs obstaret q̄ angeli ñ assumūt corpus de terra vel aq̄ q̄ nō subito disparerēt: neq̄z de igne q̄ cōburerent ea q̄ ptingerent: nec ex aere q̄ aer infigurabilis est ḡ angeli corpa nō assumūt. Rñdet Tho. q̄ lz aer in sua raritate manēs nō retineat figurā neq̄z colorē: tñ qñ cōdensat t figurari t colorari pōt: sicut p̄z in nubib⁹. Et sic angeli assumūt corpora ex aere condensando ipsū virtute diuina q̄tū necesse est ad corpis assumēdi formationē. Sed adhuc oriť hic difficultas ꝓpter ea q̄ docent sacri doctores. Mā corpus assūptū ab angelo videt quasi viuuz t opa vite hūs t tñ ñ est viuū nec hūs opa vite apparet organicatū hūs oculos t nares t alia sensuū instrumēta: t tñ p organa illa angelus minime sentit. In corpore sic assūpto angelus videt loqui: t tñ nō est ꝓpria locutio illa: silit comedit t illa nō est vera comestio. Igit in talibus apparitionibus nō est nisi quedā fictio siue deceptio. Ad hoc rñdet Tho. vbi. s. q̄ sic nō est ꝑ veritatē q̄ in scripturis intelligibilia sub figuris sensibilib⁹ describunt: q̄ ß non videt ad astruendū: q̄ intelligibilia sunt sensibilia. Sed q̄ p figuras sensibiliū ꝓprietates intelligibiliū p̄m silitudinē quandā dant intelligi: ita nō repugnat veritati sanctox angelox q̄ corpora ab eis assūpta videant hoies viuētes: cū ñ sint. Nō eni assumunt nisi vt p ꝓprietates hois t operuz hois spūales ꝓprietates āgelox t eox spūalia opera designent: qō nō ita congrue fieret si veros hoies assumerēt q̄ ꝓprietates eox ducerent in ipsos hoies: non in angelos. Similiter est dicendū q̄ angeli p organa assumptox corporū nullo mō sentiūt: nec tñ superflue sunt formata. Nō eni ad hoc sunt formata vt p ea sentiant: sed ad hoc vt p huiusmodi organa virtutes spūales angelox denotent. Sicut p oculū denotatur virtus cognoscitiua angeli. t p alia mēbra alie eius virtutes. vt docet Dionysius vltimo ca. celestis ierarchie. De locutione Vo angeli quaz facit in corpore assumpto verū est q̄ nō est ꝓpria locutio: sed aliquid simile locutioni: inq̄tum angelus in corpore sic assumpto formar voces i aere similes vocibus humanis: que voces formant vt p illas dei secreta ad nr̄as aures pueniant. Comestio adhuc angeli nō est vera sed figurativa spūalis comestionis: naz comestio importat sumptionē cibi conuertibilis in substantiā comedētis. Et q̄tuis in corpus xp̄i p⁹ resurrectionē cib⁹ nō cōuerteret sed resolueretur in preiacentē mām: tñ xp̄s habebat corpus talis nature in qō posset cibus conuerti: vñ fuit vera comestio. Sed cibus assumptus ab angelo neq̄z cōuertitur in corpus assumptū: neq̄z corpus illud est talis nature vt in illud possit alimentū conuerti: propterea dixit angelus Thobie. xij. ca. Cū essem vobiscū per voluntatem dei videbar quidem manducare t bibere

Sed ego cibo & potu inuisibili vtor. Fiũt igit oia in assumptis corporibus ab angelis nõ ad deceptionẽ sed potius ad vtilitatem nostram vt ex predictis patet.

¶ Qz deus produxit angelos ex tempore in celo empirreo. Capitulum.ij.

SEcundum mysteriuz de angelis aperiendum, dicit productionis. Jn quo cõsidera re debemus productionẽ eoz quantũ ad tria. Primo quantum ad causam.
Secundo quantum ad tempus.
Tertio quantum ad locum.

¶ Primo ꝓsideranda est angelorũ productio quantũ ad cãm. Vbi queritur an angelus habeat causam sui esse & sit creatꝰ a deo. Et ad hoc rñdet sctus Tho. prima pte. q. xliij. & q. lxj. Qz necesse ẽ dicere & angelos & oẽ id quod ꝑter deum est a deo esse factũ. Si enim aliquid inuenit in aliquo p participationẽ necesse ẽ q causetur in ipo ab eo cui essentialiter ꝓuenit: sicut ferrũ fit ignitũ ab igne: deꝰ aũt ẽ ipm eẽ p se subsistẽs & eẽ p se subsistẽs nõ pot eẽ nisi vnũ. Reliquit g q oia alia a deo nõ sunt suũ eẽ: sed participant esse: quare causant ab vno ente quod pfectissimum est. Et his dicit Aristo. in. ij. methaphisice. Id qõ est maxime ens & maxime verum: est causa omnis entis & ois veritis: sicut id qõ est marie calidũ ẽ causa omnis calidi. Algazeles Avo in eodẽ loco inqt. Jpm eẽ deo maxime cõuenit: qm ipe est origo & principiũ essendi q qõ est a quo ẽ: quicqd ẽ. Qõ cõfirmans Auicenna ait. Omne eẽ est eruberans ab eius eẽ. Quare & Plato in thimeo subdidit: q nostrũ eẽ in cõparatione illius ẽ non eẽ. Hinc Paulus ad Romanos. xj. ca. scripsit. Ex ipo: & p ipm: & in ipo sunt oia. Necesse est ergo angelos a deo eẽ creatos. Sed mirant, quidã ex eo q de his q̃ sunt a deo creata agit Genesis primo: ca. sed nulla mentio fit ibi de angelis: ergo nõ videt q sint creati a deo. Jterũ Aristo. dicit. viij. methaphisice: q si aliqua substantia sit forma sine materia statim, per seipam est ens & vnũ & nõ habet cãm q̃ faciat, eã ens & vnũ. Sz angeli sunt forme imateriales: ergo nõ habẽt cãm sui eẽ. Ad hec respondet Tho. primo sm Augustinuz li. xj. de ciui. dei. q angeli nõ sunt pretermissi in illa prima rez creatione: sz significant noie celi vel lucis. Jõ aũt vel pretermissi sunt vel nominibus reruz corpaliũ significati: qr moyses populo rudi loqbat qui nondũ capere poterat incorpoream naturam. De substantijs vero que sunt forme subsistentes: dicendũ q nõ habent cãm aliam formalẽ sui esse & sue vnitatis: neqz cãm agentem p trãsmutationẽ materie de potentia in actũ: sed bene habent causam producentem totam substãtiã que ẽ ipe deꝰ. ¶ Secũdo consideranda est angelorũ productio quantum ad tempus. qñ. s. fuerunt angeli creati. Et circa hoc tres reperiuntur opiniones. Prima opinio falsa est & hereticа que hoc tenet. q angeli fuerunt producti ab eterno: hoc enim esse non potest: quoniam sic deus creaturas produxit q eas ex nihilo fecit. i. postqz nihil fuerant. Et vt inquit Tho. prima parte. q. xlv. Cũ dicitur aliquid ex nihilo fieri: hec prepositio ex non designat causam materialẽ sed ordinẽ tm. sicut cũ dicit ex mane fit meridies. i. post mane Et si obijceretur q philosophi dicũt. ex nihilo nihil fit. Respõdet Tho. q philosophi non cõsiderauerunt nisi emanationẽ effectuũ particularium a causis particularibus quas necesse ẽ presupponere aliquid in sua actione. Et scõm ꝑ est cõmunis eoz opinio ex nihilo nihil fieri Sed hoc locũ non habet in prima emanatiõe ab vniuersali rerũ principio. Secunda opinio fuit quorũdã doctoz antiq̃. s. q ãgeli fuerũt creati ante omnẽ mundũ corporeũ. Mã Hieronymus hoc videt asserere super epistola ad Titũ. Ait enim sic, Sex milia nondũ nostri tẽporis cõplentur annoz. & quãta tpa: quãta saltsz seculorũ origines fuisse arbitrandũ ẽ in quib angeli: throni & dñationes: ceteriqz ordines deo seruierũt. Damascenus etiã dicit in. ij. li. Quidam dicunt q ante omnẽ creationẽ angeli geniti sunt. vt Theologus dicit. Gregoꝰ. s. naçãzenus, de quo asserit Tho. q tanta est in doctria eius xpiana auctoritas: vt nullus vnq̃z eius dictis calũniã inferre psumpserit sicut nec Athanasij documentis: vt Hieroꝰ dicit. Tertia opinio aliorũ que cãm precedentẽ nõ reprobat: sz qr rõnabiliꝰ fore videt. Jccirco tenet cõmuniter a doctoribꝰ: q angeli simul cũ creatura corporea sunt creati. Angeli enim sunt quedã pars vniuersi qr nõ ꝓstituũt p se vnũ, vniuersum: sz tã ipi q̃z creatura corporea in ꝓstitutione vniꝰ vniuersi ꝓueniũt: qõ apparet, ex ordine vniꝰ creature ad aliã. Ordo enim rez ad inuicẽ ẽ bonũz vniuersi. Nulla aũt pars pfecta ẽ a toto sepata. Mõ ergo ẽ ꝓbabile vt deꝰ cuiꝰ pfecta sũt opa creaturã angelicã seorsuz ante alias creaturas ꝓduxerit. Et hoc refert dñs Bonauen. di. xij. scõi libri q quattuoz a principio fuerunt simul

creata. ſ. angelica natura: celũ empirreũ: materia ꝑma ⁊ tẽpus late illud accipiendo ꝓ qualibet ſucceſſione. Nõ eſt q; debuerunt ꝑma in oi genere rez̃ creari tã in menſuris q̃ꝫ in ſubſtantijs. ¶Primũ in menſuris eſt tẽpus: primũ in ſubſtãtijs corpalibus paſſiuis eſt materia: primuz in ſubſtãtijs corpalibus actiuis ẽ celũ empirreũ. ¶Primũ Ño in ſubſtãtijs ſpũalibus eſt angelica natura. Jccirco quattuor hec credunt fuiſſe ꝑmo creata. ¶Tertio ꝓſideremus angelorũ ꝓductionẽ quãtũ ad locũ: vbi. ſ. fuerũt angeli creati. Et ad ꝫ dicit Strabꝰ ſup illo Ño In principio creauit deus celũ ⁊c. Celũ nõ viſibile firmamentũ hic appellat: ſz empirreũ. i. igneũ qõ nõ ab ardore ſz a ſplendore dicit: qõ ſtatim factũ angelis ẽ repletũ. Jdco Tho. vbi ſ̃ ait: q; cũ vniuerſum ꝓſtet ex creaturis corpalibus ⁊ ſpũalibus: ſic create ſunt ſpũales creature q; ad creaturã corpalẽ aliquẽ ordinẽ habent ⁊ toti creature corporali preſident: vñ ꝓueniẽs fuit vt angeli in ſupremo corpe crearent tã q̃ꝫ toti nature corporee preſidẽtes. Et ſi obijceret q; angeli nõ dependẽt a corpe ꝑm ſuũ eſſe: ⁊ ꝓ conſequẽs neq; ꝑm ſuũ fieri: ergo angeli nõ ſunt creati in loco corporeo. Reſpondet Tho. q; angeli nõ ſunt creati in loco corporeo: ſz vt predictum ẽ in hoc oſtendit ordo eoꝝ ad naturã corporeaz: ⁊ q; ſua virtute corpa cõtingũt. Si hec oia q̃ diximus de angeloꝝ ꝓductioe, vel ad capiendũ difficilia: vel ad plene intelligendũ dura cuiq̃ viderent: tantomagis excitare nos debent ad extollendã totis viribus ſapientiã altiſſimi dei: cuiꝰ opa tã ſtupẽda ſunt ⁊ inſcrutabilia: vt nullo hũano ſenſu ꝓcipi valeãt. ¶Pro quibus dicere poſſumus illud pſalmiſte. Q̃ magnificata ſunt opera tua dñe: oia in ſapientia feciſti. Vniuerſus nãq; mundus iſte ſenſibilis quaſi quidã liber eſt ſcriptus digito dei: ⁊ ſingule creature quaſi figure quedã ſunt: non humano placito ſz diuinitatis arbitrio inſtitute ad manifeſtandã quodãmõ ⁊ ſignãdaz inuiſibilẽ potentiã: ſapientiã: ⁊ bonitatẽ diuinam. Jnter cetera Ño ſuoꝝ inſtitutoꝝ mirabilia angelos cõdidit: quoꝝ aliquos ꝓpter ſuꝑbiaz in quã cruperũt eternis abiudicauit ſupplicijs. Alios vero qui ipſi factori ſuo humiliter adhe ſerunt: plena beatitudine fecit eſſe felices.

¶Qualiter angeli ad nos mittũtur qui hoĩes cuſtodiunt neq; dolent de malis coꝝ quos cuſtodiunt. Capitulum. iij.

¶Ertiũ myſteriũ de angelis manifeſtandũ dicitur miſſionis. Jn quo tria ſunt dubia declaranda.

¶Primum vtrum angeli mittantur.

Scõm vtrũ hoĩes ab angelis cuſtodiantur.

Tertium vtrum angeli dolcant de malis corũ quos cuſtodiunt.

¶Ad primũ dubiũ ſe offert veritas ſcripturarum in quib⁹ angelos mitti ꝓhibet. Et vt ingt Tho. ꝑma ꝑte. q. centeſima. xij. Jlle mitti dicit q; aliquo mõ ab alio procedit vt incipiat eẽ vb prius nõ erat vel vbi prius erat ꝓ aliũ moduz Filius cui aut ſpũs ſctũs mitti dicit vt a patre ꝓcedens ꝓ originẽ. Et incipit eẽ nouo mõ. i. ꝓ gram vel ꝓ naturã aſſumptã vbi prius erat ꝓ diuinitatis preſentiã. Dei cui ꝓpriũ eſt vbiq; eẽ: q; cũ ſit vniuerſale agens virtus eius attingit oia entia: ideo eſt in oibus rebus. Virtus aũt angeli cũ ſit particulare agens nõ attingit totũ vniuerſuz: ſed ſic attingit vnũ q; nõ attingit aliud. Jdeo ita eſt hic qõ nõ eſt alibi. Cum igitur aliqd ẽ fiendũ ꝓ aliquẽ angelũ circa aliquã creaturã corporeã de nouo applicat angelus illi corpi ſua virtute: ⁊ ſic angelus de nouo ibi incipit eẽ: ⁊ hoc totũ ſequit ex imperio diuino. Sed actio quã angelus miſſus exercet: procedit a deo ſicut a ꝑmo principio cuius nutu ⁊ auctoritate angeli operantur ⁊ in deũ reducitur ſicut in vltimũ finẽ. Et hoc facit rõne miniſtri Nã miniſter eſt ſicut inſtrumentũ ⁊ intelligẽs Jnſtrumentuz aũt ab alio mouet: ⁊ eius actio ad aliud ordinat. Jdeo actiones angeloꝝ miniſteria vocant ⁊ ipſi dicunt in miniſteriũ mitti Si Ño aliqs quereret quõ angeli mittunt cuz celũ empirreũ ſit locus ꝓtinens ad dignitatem coꝝ: ſi igit mitterent ad nos dignitati coꝝ aliquid deperiret. Reſpondet Tho. q; celũ illud ꝓtinet ad dignitatẽ angeli ꝑm cõgruentiã quandam: q; cõgruũ eſt vt ſupremũ corporũ nature que eſt ſupra oia corpa attribuatur. Nõ tñ angelus aliqd dignitatis accipit a celo empirreo. Jdeo q̃ actu nõ eſt in illo nihil eius dignitati ſubtrahit. Sicut nec regi q̃ non actu ſedet in regali ſolio qõ cõgruit ei⁹ dignitati. Hinc ſaluator noſter loquẽs de angelis q; mittuntur ad cuſtodiã hominũ dixit. Angeli coꝝ ſp videt faciẽ patris mei q; ẽ in celis. Vbicunq; itaq; ſint vident cẽntiã dei in cui⁹ aſpectu cõpletur gloria ⁊ beatitudo illoꝝ. ¶Secõz dubiũ fuit vtr̃ hoĩes ab angelis cuſtodiantur. Et ſz de hoc dixerim in quadrageſimali noſtro: veruntñ aliq̃

erunt hoc loco nouiter discutienda. Ideirco ꝓ/
suppositō ſm veritatē q̄ vnāq̄z aia angelum
habeat ſui custodē deputatū: xpo dūtaxat exce
pto de quo in sermone de innocentib⁹ dictū ē
Primo sciendū q̄ necessaria fuit homini cu/
stodia angelo⁹ ꝓpter aduersariū liberi arbitrij
Nam vt ingt. Tho. ꝓma ꝑte. q. centesima. xiij.
Homo p liberū arbitriū pōt aliqualiter vita/
re malū: ſz nō sufficienter q̄ infirmatur circa
affectū boni ꝓpter multiplices anime passio/
nes. Similiter etiā vniuersalis cognitio natu
ralis legis q̄ homini naturaliter adest aliquali
ter dirigit hoiem ad bonū: ſz nō sufficienter q̄
in applicādo vniuersalia ꝓncipia iuris ad par
ticularia opa contingit hoiem multipliciter de
ficere. Vñ dicit Sapiētie. ix. ca. Cogitationes
mortaliu⁹ timide t incerte ꝓuidentie nostre.
Secō sciendum q̄ dū hoies pcreunt t multa
peccata labunt̄ nō est ascribendū ad negligentiā
aliquā angelo⁹ sed potius malicie hoīm impu
tandū. Nā sicut hoies a naturali instinctu bo/
ni discedūt ꝓpter passionē peccati: ita etiā dis
cedūt ab instigatione bono⁹ angelo⁹ q̄ fit in/
uisibiliter ꝓpter hoc q̄ hoies illumināt ad bñ
agendū. Tertio sciendū q̄ sicut ꝑsciti ad dāna
tionem t infideles ac etiā antixꝑs nō priuant̄
interiori auxilio naturalis rōnis: ita etiā nō p/
uantur ex interiori auxilio toti nature humane
diuinitus cōcesso. s. custodia angelo⁹ p quā et
si nō iuuent̄ quantū ad hoc q̄ vitā eternā bo
nis operib⁹ mereant̄: iuuant̄ tñ quantū ad hoc
q̄ ab aligb⁹ malis retrahunt̄ quib⁹ t sibiipis, t
alijs nocere possent. Nā t ipsi demones arcen
tur p bonos angelos ne noceāt quantū volūt.
Quarto sciendū q̄ officiū custodie angelice or
dinatur quidē ad illuminationē doctrine sicut
ad vltimū t principalē effectū. Nihilominus
sunt t alij effectus. s. arcere demones t alia no
cumenta tā corporalia q̄z spiritualia ꝓhibere.
Quinto sciendum q̄ circa hominū custodiā in
ter angelos quandoq̄z solet esse pugna siue dis
cordia. Nā vt scribitur Danielis ca. x. Dñ ipe
orasset ꝓ liberatiōe populi iudaici q̄ erat in ba
bilonia: apparuit sibi angelus modo mirabili:
vt patet in textu: dixitq̄z illi iter cetera: noli me
tuere Daniel: q̄ ex die ꝓmo quo posuisti cor tu
um ad intelligendū vt te affligeres in cōspectu
dei tui: exaudita sunt verba tua. Et ego veni
ꝓpter sermones tuos: princeps aūt regni per/
sarum restitit mihi viginti t vno diebus. Re/
fert hic Hieronymus principē regni persarū
esse angelū qui se opposuit liberationi populi
israelitici pro quo Daniel orabat Babiele p
ces eius deo presentante. Quidam tamen dixe
runt q̄ hec resistētia potuit fieri eo q̄ princeps
aliquis demonum iudeos in perfidem ductos
ad peccatum induxerat ꝓpter qō prestabatur
impedimentum orationi Danielis pro eodez
populo deprecantis. Sed Gregorius in. xvij.
moralium libro concordat cū Hieronymo: di/
cit q̄ princeps regni persarū bonus angelus
fuit custodie illius regni deputatus. Ad intelli
gendū ergo qualiter vnus angelus alteri resi/
stere dicitur. Notandū scōm Tho. vbi supra. q̄
diuina iudicia circa diuersa regna t diuersos
homines per angelos exercentur. In suis aūt
actionibus scōm diuinam sententiam regulā/
tur. Contingit quandoq̄z q̄ in diuersis regnis
vel in diuersis hominibus contraria merita
vel demerita inueniuntur: vt vnus alteri sub/
datur aut presit. Quid aūt super hoc ordo di/
uine sapientie exigat cognoscere non possunt:
nisi deo reuelante. Vnde necesse habent super
bis sapientiam dei consulere. Sic igitur inquā
tum de contrarijs meritis t sibi repugnātib⁹
consulunt diuinam voluntatem. Resistere sibi
inuicem dicuntur: non quia sint eorum contra
rie voluntates: cum in hoc omnes concordent
q̄ dei sententia impleatur. Sed quia ea de qui
bus consulunt sunt repugnantia. Cū ergo ar
changelus custos regni persarum procuraret
quantum in eo erat salutem illorum qui erant
in dicto regno: videretq̄z q̄ ex conuersione iu/
deorum. multi de persis conuertebantur: erat
contrarius q̄ populus ille in captiuitate perseue
raret. Alter vero qui presidebat populo iudeo
rum illius populi liberationem procurabat: p
cesq̄z Danielis presentabat deo: omnes tñ dei
voluntatem impleri volebant. ¶ Tertiū dubi/
um erat vtrum angeli doleant de malis eorz
quos custodiunt. Ad qō respondet Tho. vbi s̄
q̄ angeli non dolent nec de peccatis nec de pe/
nis hoīm: qm̄ cū sint perfecte beati dolor in eis
esse nō pōt. Insup vt inquit Aug⁹. Dolor est
de his que contrariantur voluntati. Nihil aūt
accidit in mundo qō sit contrarium voluntati
angelorum t aliorum beatorum: quia volun/
tas eorum totaliter inheret ordini diuine iusti
cie. Nihil aūt fit in mundo nisi qō per diuinā
iusticiam fit aut permittitur. Et ideo simplicit
loquēdo nihil fit in mūdo cōtra voluntatē be
atorū: vt ceni ꝑbus dicit in. iij. ethicorum. Illud

dicit simpliciter voluntariuz qđ aliqs vult in particulari scom q agit:cõsideratis.s. oibus q circũstant:quãuis in vniuersali pfideratũ non eet voluntarũ. Sicut nauta nõ vult absolute piectionẽ merciũ in mari t vniuersaliter cõsiderãdo:sz imminẽte periculo salutis hoc vult vñ magis ẽ hoc voluntariũ qz inuoluntarium Sic ergo angeli peccata t penas hoim vniuersaliter t absolute loquendo nõ volũt: volũt tñ q circa hoc ordo diuine iusticie seruet fm quẽ quidã penis subdunt t peccare permittũtur. Sed oritur hic difficultas ex verbis Ysaie ca. xxxiij. dicẽtis. Angeli pacis amare flebãt. Quã soluit Tho. asserẽs q verba illa tripliciter possunt intelligi. Uno modo fm sensum litteralẽ t sic angeli dicunt nũcij Ezechie qui fleuerunt ppter verba blasfema rabsacis. Alio modo fz sensum allegoricũ t sic angeli pacis sunt apli t alij pdicatores q flent p peccatis hominum Tertio fm sensum anagogicũ: t sic intelligunt angeli beati. Locutio tñ est methaphorica per quã designat q ipi volunt in vniuersali hoim salutẽ vt iã est pdictũ. Ex his oibus depreben dere possumus quãta sit erga hoies dei pietas quãta largitas:quãtaue eius clemẽtia:duz dignatur p angelos suos nos ad patriã supnaz deducere: in qlibet etate nõ cessant angeli cõmodis nostris adesse:nũc infestissimos hostes ne nobis noceant debellando:nunc ad bene viuendũ nos alliciendo:nũc a malis retrahendo nũc ab innumeris periculis liberando. Et tñ nos illis psentibus nõ erubescimus demonuz praua cõsilia: turpesq suggestiones implere: gerere vitã pecudũ:ac omni conatu ad religiones tartareas properare. O anima sordida. O aia tot ignominiosissimis vitijs fedata. Aperi oculos mentis t vide angeluz sp tibi assistẽtem in quouis angulo: in quouis diuersorio: in quouis exercitio. Exhibe illi reuerentiam t a flagicijs desine pfuctis: vsqz ad mortẽ commorabitur tecũ: vt sic appareat si te nolueris corrigere q pater omniũ deꝰ iusto iudicio ipe nitentes t obstinatos a consortio sanctoruz t visione sua priuatos proijcit in ignẽ eternum Lurem. igit demonũ abhorrere pfortia atqz angelor societatẽ omni affectu desiderare vt sic digni efficiamur gra xpi: qua mediãte angelor choris mereamur adiungi in illo felici regno in q deꝰ viuit p infinita secla seculor. Amẽ.

¶ Sermo trigesimusprimꝰ de sancto Joanne baptista precursore dñi nri ihesu christi.

¶ Nter natos mulierum non surrexit maior Joanne baptista. Verba sunt redemptoris nri originaliter Matthei.xj.ca. Sicut sol in lumine reliquos planetas excedit ita laus Joannis baptiste post xpm t virginẽ matrem alior sanctor pconia supat. Nã neqz in veteri neqz in nouo testamẽto inuẽtus est aliquis quacunqz sanctitate t peminentia fulgẽs qui Joanni baptiste valeat cõparari. Quecũqz de ipo dicunt admirandis progatiuis ornãtur: atqz ex omni pte in ipo videt supefluere gratia dei. Hoc nomẽ eius exprimit: q Joannes in quo est gratia interptatur. Vt aũt harum rerum noticiã habeamus in presenti sermone de magnificentijs Joãnis baptiste merito disseremus quo teste saluatore nullus maior surrexit. Qđ vtiqz intelligendũ est de magnitudine virtutis. Nã vt ingt Alexander de ales in. iij. summe. Et Tho. prima parte. q. xlij. Magis t minus in formis spiritualibus nõ dicit sicut in formis corporalibꝰ. Scom enim August. in li. de quãtitate aic: in formis corpalibus dicitur aliqd maius vel minus fm quãtitatem molis vel dimensiuaz. qz sunt materiales. In formis vero spiritualibus ista dicunt fm quãtitatem virtualẽ. Unde ipse Augꝰ in .vj. de trinitate ait. In his q nõ mole magna sunt: hoc ẽ magis esse qđ est melius esse. Melius aũt dicit qđ est pfectius. Sicqz Joannes nõ fuit ceteris maior scom staturã corporis. cũ in hoc sibi plerisqz pstent. Sicut fuit og Rex basan. de quo scribit Deutero. ij. t. iij. ca. q monstrat lectus eius ferreus nouẽ cubitos habẽs. Et Bolias q vt ponitur pmi regũ. xv. ca. erat altitudinis sex cubitoruz t palmo. Et gigantes alijqz multi. Fuit ergo magnus pfectione virtutis t gre: de quo tria mysteria proponimus contemplanda.

Primum dicitur nativitatis.
Secundum sanctitatis.
Tertium sublimitatis.

¶ De quinqz excellentijs nativitatis Joãnis baptiste. Capitulum.j.

Primum mysteriũ contẽplandũ de Joane baptista dicit nativitatis. Fuit quidẽ nativitas eius dignissima t singularis precipue propter quinqz excellentias.

Prima dicitur angelica nunciatio.
Secunda paterna percussio.
Tertia miraculosa generatio.

Quarta iocunda parturitio.
Quinta sancta nominatio!

Scripsit sup quattuor libros sententiaꝝ. sum
mā theologie quā in tribus voluminibus cō
pilauit. Sūmā contra gentiles. opus sup q̄t
tuor euangelia. Et preter hoc aliā postillā su
per euangelia. Sup epłas pauli. sup Ysaiam
sup Jeremiā. sup cantica. sup iob. sup magnā
partē psalterij. Compendiū theologie. questi
ones de veritate. qōes de quolibet. qōes ō aia
sup dionysiū de angelica ierarchia. ꝛ de diui
nis noib⁹. sup boetiū ō trinitate. ꝛ ebdomadi
bus. ꝛ de duabus naturis. contra auerrois de
vnitate intellectus. ꝓ guilelmū de sctō amore
qui dicebat religiosos mendicantes nō labora
tes manibus nō posse saluari. Scripsit etiam
officiū de corpore xpi. Et q̄plura opuscula de
diuersis materijs vt in hoc videat de eo tam
stupendū miraculum. Q: vnus homo modico
tpe: tot potuerit subtilitates qōnum ꝛ profun
ditates tam subtiliter penetrare stilo tam cō
posito ꝛ succincto discurrere. Que i tot volu
minibus reduxit in scriptis. vigintiquinqꝫ
anni fluxerunt inter eius magisteriū ꝛ obituꝫ
Obijt nanqꝫ anno dñi. M.cc.lxxiiij. pontifi
catus gregorij. x. anno. iiij. Et vite sue anno
lxxxvuj. septima die marcij. hora matutinali
Vt igit̄ vbertatꝫ doctrine sancti thome ma
gnificemus dicere possumus. Q: si oēs libri
phie ꝛ theologie perirēt. Et illi quos thomas
scripsit soli reperirent̄: nunqꝫ lux scientie ꝛ ve
ritatis posset extingui. ¶ Scōa conditio eoꝝ
que thomas scripsit dr̄ facilitatis. hꝫ enim do
ctrina illa quandā claritatē ꝛ ordinē ita suauē
vt absqꝫ mlta difficultate imbibi valeat. Me
qꝫ ꝓpterea est paruipendenda: q̄ cū facilitate
fit tradita: cū in quolibet genere siue docendi
siue dicendi a cunctis viris doctis facilitaſ ex
tollat̄. Inquit eni Cicero li. de oratore. Is est
eloquens qui alta humiliter: humilia grauit
ꝛ mediocra temperate dicere pōt. In eodem
insuper libro magis comprobare videt̄ snias
graues absqꝫ ornatu: q̄ fucata ⁊ba sine snia
ait ergo. Quid est tam furiosū q̄ verboꝝ vel
optimoꝝ atqꝫ ornatissimorū sonitus inanis
nulla subiecta snia: nec scientia. Sunt nōnulli
qui gloriant̄ si id qō docent aut persuadent:
ꝓpter inusitata verba: aut confusas ꝛ implici
tas rones: sub auditoribus cum labore intelli
gant̄. Contra quos aulusgelius. li. x. noctium
atticaꝝ ita scribit. Verbis vti nouis ꝛ icogni
tis durius est: q̄ verbis sordentibus. Rome
quidā celebratus homo in causis cū apud pre
fectū vrbis verba faceret. Et dicere vellet: ino
pem quendā miserō victu vinere ꝛ furfureuꝫ
rodere panē vinūqꝫ fetidum potare. hic ingt.
Eques romanus: apludam edit: ꝛ flores bibit
que verba cunctoꝝ astantiū alios prouocarūt
ad risū. ille ei legerat: apludā veteres rusticos
frumenti furfureū diriſſe. atqꝫ flores audierat
prisca voce significare vini fecem uitiacij ex
pressam. primū verbū legerat in plauto. scōm
apud ceciliū in polimenis: q̄ sibi ad ornamēta
oronum seruauerat. dixim⁹ ista vt oñdam⁹
q̄ sit laudabile snias subtilissimas cuꝫ oi qua
fieri potest facilitate explicare: sicut sanctus
thomas fecisse probat̄. ¶ Tertia conditio do
ctrine scti thome dr̄ gratiositas. Est quippe
vniuersaliter grata doctis pariter ꝛ indoctis.
Quod verū esse ego expertus sum in predica
tionibus quas feci in oibus fere italice ciuita
tibus. nā fauente deo vbiqꝫ ad me audiendū
populi in mltitudine copiosissima cōuenerūt

Quibus pro maiori parte sancti thome: & dñi bonaventure dubia & questiones de diuersis occurrẽtibus rebus declaraui. Accepi nãq; a patre meo sancto francisco documentũ vt annunciarẽ vitia & virtutes: de quibus nemo vt abundanti⁹ vel melius: vt sic dixerim: thoma disseruit. De gestis Xpi saluatoris nostri iesu xpi: & gratia ac preeminentia virginis matris nullus eo diffusius atq; dulcius locutus est. Quod ipsius benignissimi iesu testimonio indubitabili fuit comprobatũ. Nam dum prefatus sanctus in conuentu neapolitano tertiam partem scriberet: nocte quadã ad orandum sicut consueuerat ante pulsationẽ orologij ad ecclesiam in capellã sci nicholai descendit. Et dũ ibi oraret ante imaginem crucifixi. frater dñicus de caserta conuersus: qui erat sacrista: vir vtiq; magne deuotionis & sanctitatis. sanctũ doctorem curiosius obseruans: vidit ipsum miro modo in oratione suspensum. Et corpore eleuatũ a terra. audiuitq; a crucifixi imagine procedere vocem dicẽtem sibi. thoma vera de me scripsisti: quam mercedem p̃ labore tuo recipies? Qui respõdit dñe teipsũ Quid referam de quattuor euãgeliorũ Matthei. s. marci luce & ioãnis declaratione. inspiciatur opus illud: qõ recte catbena aurea nuncupatur: in quo ipse tam ordinate collegit doctorum tam grecorum q̃ latinorũ sententias quas ipse prosequendo pro clariore intelligentia mirabiliter ampliauit: non mirũ igitur: si ego qui minimus sum predicatorum ecclesie dei: tanti doctoris obseruauerim documenta siue predicando siue predicabiles sermones scribendo: p̃m gratiã a dño mihi datam: cum vt predixi videaq; satis proficere ad veritatis illustrationem atq; consolationem fidelium: sci thome doctrinã sequendo.

¶ Qualiter sctũs thomas: nõ solũ fuit doct⁹ sed virtutibus ornatus: qui mundo spreto religiosus effectus: munde vixit: & vitam felicit consũmauit. Capitulum. iij.

TErtia excellentia scientie sci thome dr̃ sanctitas. paruq; quidẽ est imo nihil multa scire: multa cognoscere: multa docere: nõ solum nature secreta: & proprietates elementor̃ astrorũq; motus: sed etiã fidei rudimẽta: nisi bene beateq; viuatur. Jdeo beatus iacobon⁹ dicere solebat. Scientia acquisita mortal si data ferita si non sera vestita de core humiliato. sanctus Xo Augustinus in principio conuersionis sue. dum audiuit famam antonij magni. vt scribitur in libro confessionum exclamando dixit. Surgunt indocti & rapiunt regnum celorum. Nos autem cum nostris doctrinis demergimur in profundum: que omia considerans thomas glorioſus dedit operam vt simul cum doctrina fulgeret in ipso sanctitas vite. Potest Xo sanctitas eius potissime ex tribus monstrari.

Primo ex mũdi despectione.
Scõo ex religiosa conuersatione.
Tertio ex finali consũmatione.

¶ Primo monstrat sanctitas thome ex mundi despectione. despexit quidem mundum & omnem pompam eius vt xpm̃ lucrifaceret: q̃liter Xo id expleuerit: audiamus ea que in ei⁹ legenda scribuntur. Nic nanq; ex nobili prosapia dominorum de aquino originem duxit patre landulfo: & matre theodora nuncupatis dum Xo mater puerulum nondum natum gestaret in vtero. Quidam heremita bonus re & nomine dei reuelatione ei predixit: qualiter filium esset paritura quem thomam vocarent: & qui ordinem fratrum predicatorum esset ingressurus: in quo ita proficeret: q̃ suo tempore tam in scientia q̃ in virtute: vix parem haberet. nato igitur infante cum ingenti parentum letitia quod heremita predixerat iam visum est fuisse impletum. dum quintum attigisset annum missus fuit a parentibus ad monasterium montis casini vt ibi sub specia li vita imbueretur litteris & moribus. abbas monasterij videns in puero post paruq; tempus ingenij subtilitatem: consuluit patri suo domino landulfo vt eum neapolim mitteret ad studendum. Sicq; factum est. & ibi neapoli sub magistro martino grammatice: & sub magistro petro de hibernia logice operaq; dedit. adultus autem ordinem predicatorũ intrauit quod vt mater audiuit que erat in rocca sicca: festina neapolim accessit: vt filium in seruitio domini confortaret. fratres Xo propositum eius ignorantes timentesq; ne filiuq; materna pietate turbaret: ipsum romam miserunt. at ibi mater eam secuta est. quem fratres inde fugauerunt: parisius tentantes illuq; destinare de quo mater turbata ad filios suos qui erant cum imperatore in castro aque pendentis misit nuncium specialem: mãdans eis q̃ thomam suum filium: fratrem ipsorũ: quẽ fratres predicatores fugabant q̃rerent: ita vt

eū in suis haberent manibus: qui obtenta ab imperatore licentia p vias miserunt famulos tandē cōtigit illos predictū frem suū iuxta cu iusdā fontis irrigua quiescentē: cuz quattuor fratribus dicti ordinis inuenire: quē cōfestim matri transmiserunt. ipsa ℣o eū custodiri fecē in carcere: vsqz ad filioꝝ aduentū. Et interim vt expireꝝ voluntatē eius: monuit eū ꝛ mone ri fecit: vt habituz deponeret. Ad qō thomas nunqz consensit. In carcere sic existens: bibliā totā legit ꝛ textum sententiaꝝ ꝛ cōpilauit tra ctatū fallatiaꝝ. Et quandā suā sororez ad dei seruitiuz induxit: que monacha sti benedicti facta est: venerunt tandē fratres sui: qui tenta uerunt eū verbis suasionis: iniurijs: ꝛ lacera tione habitus: a suo sancto proposito remoue re: nec valuerunt: introduxerunt postmodum pulchram puellā ornatā habitu meretritio vt eū molliret. Quā expulit indignanter. Et in tactus remanens signo crucis se muniens cū lachrymis obdormiuit: tūc duo angeli apparu erunt sibi: ꝛ stringentes ipsū in lūbis dixerūt. Ex parte dei te cingim⁹ cingulo castitatis qō nulla possit diabolica impugnatione dissolui itaqz verbo virginitatis donū in se confirma tum accepit: stetit p bienniū carceratus: quem vltimo mater dissimulata custodia abire per misit: de fenestra castri p funē vbi parati erāt fratres predicatores: quē susceptū cū gaudio: neapolim duxerunt. ¶ Scdo monstratur san ctitas beati thome: ex religiosa conuersatione a principio quippe vsqz ad finē adeo laudabi liter ꝛ sancte cōuersationis fuit: vt nihil in eo reprehensibile potuerit inueniri. fuit equidez humilis deuotus: pius: sobrius: temperatus: ꝛ virgo purissimus: non solū corpore: sed etiam mēte. frater raymūdus seueri: qui parisius in confessione: thomā audiebat: iurauit. q⁹ in se ptem annis quibus fuerat secū in studio ꝛ au dierat eum in confessione. q⁹ nunqz consensit in aliquā cogitationē carnalem. Quidā alius frater petrus nomine: qui in extremis confes sionem suā audierat: generale in predicatione sua ad pplum testimoniū referens sue laudis dixit. Q⁹ sua confessio fuerat sic pura ꝛ mūda a carnis cōtagione sicut cōfessio vnius pueri paruuli. Idem testatus est frater bernardus socius ei⁹ qui eum adhuc in confessione audi uerat. Cui puritati tota vita sua testimoniuz phibuit veritatis que sic fuit virtutū actibus dedita vt nullus contrarijs moꝛib⁹ possit esse collapsa. naz verisile de eo cōptū ē. Q⁹ noctur no tpe hūane deputato quieti: post breuē som num in oꝛone prostratus: impetrabat qō dictando vel scribendo docebat. Et preter illud tempus modicū qō somno vel refectioni pro valitudine corporis indulsisset: reliquū temp⁹ oꝛoni lectioni dictamini: vel scribendis volu minibus occupabat: vt nullū tempus esset va cuū: quod non foret sancta actione repletum. ¶ Tertio monstraꝝ sanctitas beati thome ex finali cōsūmatione vt eni Ouidius in li. me thamoꝛphosios decinit. vltima semp expectā da dies hoī: dicigz beatus: ante obitū: nemo su premaqz funera. Felix itaqz transitus thome vltimiqz diei consūmatio fuit: mō qui sequit. Cum sūmus pontifex gregorius decimus ge nerale cōciliū induxisset celebrare lugduni ad qō greci cōuenire debebant mandauit fratri thome vt contra erroꝛes grecoꝝ de quibus erant in concilio cōuincendi opus quod fece rat de mandato sui predecessoꝛis vrbani pape ad conciliū secum deferret. Quod cum execu tioni vellet mandare. frater paulus de aquila existens neapoli: vidit in somnis nocte prece dente diē quo dictus doctoꝛ debebat iter arri pere: btm̄ paulum ingredientez scholas dicti doctoꝛis: cui cū occurreret interrogauit ipsuz si bene exposuerat suas eplas: qui dixit ei bñ exposuisti. Sed tempus est vt mecum venias ad patriaz. vbi melius intelliges. Et trahens ipsum p cappam videbatur ipsuz secū ducere quē thomas libenter sequabatur: tunc frater paulus clamans in somnis dicebat: succurrite fratres q⁹ frater thomas recedit. Et cū dicto clamoꝛe euigilans oīa alijs frībus enarrauit ipse ℣o sanctus thomas iter inchoans iuit p campaniā versus romā. Infoꝛmatus autē in itinere diuertit ad monasterium fosse noue quod cuz ingrederetur dixit. hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo qm̄ elegi eam. Cum ℣o cepisset grauius infirmari petijt sa cramenta ecclesie: cunqz deportatum fuissent illa accepit ꝛ post modicum cum laude ꝛ bene dictione dei sancta illa aīa faciliter discessit a coꝛpoꝛe que ab angelis ad superos fuit delata ipsum ℣o corpus in eodem monasterio sepul tum honorificentissime: ad cuius exequias multi nobiles ac religiosi tam predicatoꝛes q̄z minoꝛes ac alij conuenerunt: nec defuit ibi virtus diuina in miraculoꝝ operatione quando superioꝛ dicti monasterij patiens in

oculis cõmendanſcz ſe thome liberatus eſt. Et gdã frater petrus: ĝrtanã patiens: meritis huiꝰ ſanitatẽ recepit. ſiccz ⁊ alij plurimi bñficia ſanitatis impetrarũt. igit hunc ſctũ pio veneremur affectu. qui nũc in celis cũ xp̃o letatur p infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Sermo quadrageſimuſoctauus de ſancto nicholao famoſiſſimo confeſſore

In diebus ſuis placuit deo. ex lib. eccleſiaſtici aſſumit mr̃ hec verba ſctã eccleſia originaliter ibi .xliij. ca. deſcripta. maxĩmo otio ſũmoczꝫ ſtudio vnuſqſqz laborare dz vt placeat in oĩbus vijs ſuis altiſſimo creatori nr̃o qm̃ eos qui ſtudent ſuã volũtatẽ implere ⁊ in hoc cõplacere maieſtati ſue: nõ ſolũz in futura immortali vita. verũetiã ⁊ in pñti ſeculo: ſublimiter magnificat ⁊ exaltat. quiſnã explicare queat quanta ſit beatiſſimi nicholai gloria. nõ ſolũ in illa ſocietate ſctõꝝ vbi par ẽ pfecta: ⁊ poſſeſſio ſecura indeficiẽtis boni ſed adhuc in eccleſia militante: vbi. ſpe currimus ad hereditatẽ ꝓmiſſã. vbiczꝫ ꝓfecto celebre eſt nomẽ ſctiſſimi nicholai. vbiczꝫ illiuſ miracula fulgẽt vbiczꝫ tãdẽ a fidelibꝰ deuotõe ſingulariſſima colit: qz vero eiꝰ hodierna die feſtũ celebrãt. equũ cẽ cenſui ad eiꝰ ingentes ampliſſimaſczꝫ laudes ꝓrandas cũ dei adiutorio oẽm dare operaz. de quo dicunt verba in themate poſita qꝫ in diebus ſuis placuit deo. Et lz hoc fuerit ꝓpꝫ plurimas virtutes ſuas tñ ex illis tres ꝓcipuas colligemus quas explicare ſigillatim curabimus.

Prima dr̃ prudentia ſpũalis.
Scda miſericordia ꝓximalis.
Tertia obſeruantia paſtoralis.

¶ Qualiter btũs nicholaꝰ placuit deo ꝓpter prudentiã ſpũalem qua ſpreuit terrena ⁊ celeſtia concupiuit. Capitulum.j.

Prima btĩ nicholai virtus q̃ placuit deo dr̃ prudentia ſpũalis. de hac dixit ſapiẽs Prouerbioꝝ .iij. ca. In oi poſſeſſione tua acquire prudentiã. Et .xvi. ca. acquire prudentiã qꝫ precioſior eſt argento. Et xp̃s Matthei x. ca. Eſtote prudẽtes ſicut ſerpentes. eſt autẽ hec prudentia vt docet Ariſto. in. vi. Ethico. Recta rõ agibiliũ: qua hõ in quibuſcũqz agẽdis finẽ cõſiderat: atqz ad illũ media cõueniẽtia accomodat ⁊ diſponit. qz vt Boetius ingt in. ij. de cõſolatione. qõ ante oculos ſitũ eſt nõ ſufficit intueri. rerũ exitus prudentia metitur tñ vt ait Tho. ſa fe. q. xlvij. triplex prudentia diſtingui poteſt.

Prima eſt falſa.
Scda vera.
Tertia perfecta.

¶ Prima eſt prudentia falſa ꝓ ſimilitudinẽz dicta que in malis ⁊ peccatoribus reperitur. ⁊ de hac xp̃s Luce. xvi. ca. dixit. filij huius ſeculi prudentiores filijs lucis in generatiõe ſua ſũt ⁊ paulus ad Romanos. viij. ca. Prudentia carnis mors eſt. Cũ eni prudens ſit qui bñ diſponit que ſunt agenda ꝓpter aliquẽ bonũ finem. Ille qui ꝓpter aliquẽ malũ finẽ aliqua diſponit congruentia illi fini habet falſã prudentiã inquãtũ illud qõ accipit ꝓ fine. non eſt verũ bonum ſed ſm̃ ſimilitudinẽ. ſicut dr̃ aliquis bonus latro. hoc eni modo poteſt ſm̃ ſimilitudinem dici prudens latro. qui ꝓuenientes vias inuenit ad latrocinandũ. ¶ Scda eſt prudentia vera. ſed imperfecta. q̃ inuenit vias accomodas ad finẽ bonum ſed eſt imperfecta dupliciter. Vno modo qz illud bonũ quod accipit ꝓ fine nõ eſt cõmunis finis totius humane vite. ſed alicuius ſpecialis negocij puta cũ aliquis adinuenit vias accomodas ad nauigandũ vel negociandũ dicit prudens nauta vel negociator. Alio modo prudentia dr̃ imperfecta qz deficit in principali actu prudẽtis. puta cũ aliquis bñ cõſiliat ⁊ recte iudicat de his que pertinent ad totam vitam. ſed nõ efficaciter percipit. ¶ Tertia eſt prudentia vera ⁊ pfecta. Et hec eſt que recte conſiliatur ⁊ recte iudicat ad bonum finem totius vite ac etiam p cipit. Et hec in ſolis bonis reperitur. de hac dicit ſapiens Prouerbiorum. i. ca. Prudentia ſeruabit te vt eruaris a via mala. hec autez in pauciſſimis reperitur. qm̃ oẽs ꝓ maiori pte ſolliciti ſunt de terrenis ⁊ tpalibus bonis. de quibus dr̃ Baruth. iij. ca. Exquiſierũt prudẽtiam q̃ de terra eſt. Et de celeſtibus aut nulla aut modica eſt illis cura. Mi ſunt qui in die iudicij videntes electos ⁊ amicos dei affluere oi bonorum copia. Et ſeipſos conſiderãtes eternis foze deputatos ſupplicijs dicẽt illud Sapientie. v. ca. Nos inſenſati vitam illoꝝ eſtimabamus inſaniam: ⁊ finem illorum ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter filios dei ⁊ inter ſanctos ſoꝛs illorum eſt. Propterea beatus Micholaus prudẽtiam veram ſpiritualem ⁊ perfectam ſectatus eſt. nam ex

diuitibus ⁊ sanctis parentibus originē duxit
Cuius pater epifanius mater ioāna ex ciuita
te patere ciues cū in primo iuuentutis sue flo
re cum genuissent cōtinenter viuentes celibē
vitam durerunt. Hic prima die dū balnearet
erectus stetit in pelui. insup quarta ⁊ sexta fe
ria semel tm̄ suggebat vbera. Factus autez iu
uenis alioz iuuenū deuitans lasciuias eccle
siarū potiꝰ terebat limina. Et quicqd ibidē de
sacra scriptura itelligere poterat memoriit re
tinebat. Parentibus Vo defunctis non cogi
tauit vxorē ducere non multiplicare diuitias
nō satisfacere corporis voluptati: sed qualiter
tanta diuitiaz copiam: nō ad laudē humanā
sed ad laudem dei dispensaret: vt sic thesauri
çaret thesauros in celo: iuxta preceptū saluber
rimum nr̄i saluatoris Matthei. vi. ca. Nolite
inquit thesauriçare vobis thesauros in terra
vbi fures effodiūt ⁊ furāt: thesauriçate vobis
thesauros in celo quo fur nō appropiat neq
tinea demolit. Ad bona igit sempiterna dedi
cauit aiuz ⁊ p illis adipiscendis oēz adhibuit
diligentiam.

¶ Qualiter sctūs nicholaus ex misericordia
subuenit ciui pauperi qui tres filias nuptui
tradidit ꝓpter elemosinā quā nicholaꝰ fecit.
Capitulum. ij.

Secunda bti nicholai virtus: qua placuit
deo: dr̄ misericordia proximalis. de hac
redemptor mūdi dixit. Matthei. v. ca. bti mi
sericordes qm̄ ipsi misericordiā consequentur
Hanc Hieroꝰ cōmendanit in ca. qui clemen
tiam. lxxxvi. di. vbi ait. Qui clementiā non hz
nec indutus est viscera misericordie q̄uis spi
ritualis sit nō adimplet legez xp̄i. Et Ambro.
eadem di. ca. in singulis inquit. Misericordia
cōmunis est vsus: iō cōmune preceptū oibus
officijs: omnibus etatibus necessaria: ⁊ ab
oibus deferenda. Non publicanus: nō miles
excipit: non agricola: ñ vbanus diues ⁊ pau
per oēs in cōmuni admonenr̄: vt cōferant nō
habenti. Hanc misericordiā in se fuisse btūs
nicholaus apertissime demonstrauit: dum ele
mosinā indigenti ⁊ in extrema necessitate po
sito ꝓuicinio suo benigne tribuit: habebat ille
tres filias virgines q̄s pre inopia, pstituere co
gebaꝫ vt sic infami caꝫ cōmertio aleret. Qō
vt ad aures viri sancti deuenit scelus abhor
ruit: ⁊ massam auri panno inuolutā in domū
eius p fenestram clam ꝓiecit clamq; recessit.
Mane surgens hō massā auri reperit: ⁊ deo
gras agens primogenite nuptias celeb: auit.
Inde ad aliq̄s dies fil̄e opus: dei famulus egit
Qō rursū ille reperiēs ⁊ in laudes imensas ꝓ
rumpens de cetero vigilare ꝓpposuit: vt sciret
quis esset qui sue inopie subuenisset. ꝓpost ēt
paucos dies duplicatā auri massam in domū
proiecit. Ad cuiꝰ sonitū ille excitatur: ⁊ nicho
laum fugientē insequit taliq; voce alloquitur
siste gradū teq; aspectui non subtrahas meo.
Et accurrens velotius Nicholaum hunc esse
cognouit. Mox humi prostratus osculari vo
lebat pedes eius: q̄ ille refugiens ab eo petijt
ne factū alicui quādiu viueret reuelaret. In
hac Vo elemosina obseruauit Nicholaꝰ tres
illius conditiones necessarias.
Prima conditio qr fuit prompta.
Secūa qr fuit copiosa..
Tertia qr fuit secreta.
Prima conditio illius elemosine fuit, pmpta
qr non multis precibus data vel impetrata.
Inquit Seneca libro de beneficijs. Ingratū
est beneficium quod diu inter dantis manus
befit. Et idem. Nulla res carius emitur q̄z
que precibus empta est. Et lz deo grata sit ele
mosina que datur pauperibus illam petenti
pus. Gratissima tamen est conspectui suo cū
tribuitur pauperi: ⁊ egeno: pre verecundia pe
tere non audenti. Ex hoc ait Ambrosius li. i.
de officijs. Sunt multi qui malunt miseria ta
cite egestatis astringi q̄z publica petitione
confundi: bi querendi sunt ⁊ adiuuandi: vt p
hoc amplius gaudeant: q̄ pauptati ꝓsulant ⁊
pudori. Secūa cōditio illius elemosine fuit co
piosa. qm̄ tantū dedit quantū sufficere iudica
uit ꝓ puellis virginibus maritandis. Fm con
stitutionē Thobie. qui. iiij. ca. ait. Si multum
tibi fuerit abundanter tribue. Tertia condi
tio fuit secreta. qr obseruauit documentū sal
uatoris nostri qui Matthei ca. v. dixit. Cū fa
cis elemosinā noli tuba canere sicut ipocrite
faciunt. o quanta tepiditate his tpibus ducū
tur mortales in quibus charitas non solū fri
guit. Sed vt videt penitus est extincta: oēs q̄
sua sunt querunt oēs tm̄ seipsos diligunt: qui
re vera etiā gentiliū voce cōfundi merito pos
sunt. inquit Seneca ad lucillū. nō potest q̄q̄
beate degere: qui se tm̄ intuet qui oia ad vtili
tates suas puertit: alteri viuas oportet: si vis
viuere tibi. Et idē in li. de beata vita. Vbicū
q; homo est beneficio locus est. Et Ouidius
libro de ponto. Regia crede mihi res est suc-

currere lapsis. Cōueniens hoi hoiem seruare voluptas: sed preter voces ⁊ documenta paganorum: assunt nobis xpi ⁊ sanctoꝝ monita pariter ⁊ exempla: inter que vnum qō de btō nicholao iam predixim⁹ notabile valde est ac singulare.

¶ Qualiter beatus nicholaus obseruauit officiū boni pastoris: circa regimen aiarum promotus ad tpalē dignitatē ex voluntate dei.

Capitulum.iij.

Tertia virtus qua placuit deo almus cōfessor nicholaus dr obseruantia pastoralis: obseruauit qdē officiū pastoris boni circa curā ⁊ regimē aiaꝝ: qō ostēdim⁹ tripliciter. Primo in sua promotione.

Scō in pauperū subuentione.

Tertio in populi doctrinatione.

¶ Primo ostendim⁹ btm nicholaū fuisse pastorē bonū in sua promotione. non enī promotus fuit ad epalem dignitatē prece vel precio vt fieri solet tpibus his malignis: sed cum humilitate acceptauit onus regiminis vocatus ad illud ex dispensatiōe diuina. hodierna Xo die nullus ꝓmouet inuitus: imo ecclesiastica beneficia ⁊ dignitates non nisi importune petentibus dispensant. Ex quo facti sunt hoies ambitiosi: ⁊ dū suscipiunt cathedrā pastoralē non nisi de terrenis ⁊ transitorijs curant. Sz audiant id qō Crisō⁹ scribit di.xl.ca. multi infi. Quicūqz desiderauerit primatū i terra inueniet confusionē in celo: nec inter seruos xpi computabit qui de primatu tractauerit. Ad btm itaqz nicholaum redeuntes cōsideremus qualiter epalem honorem suscepit defuncto qdem epo mirree ciuitatis: vbi ipse morabatur cōuenerunt epi cōuicini illi ecclesie de epo prouisuri. Aderat inter eos quidā magne auctoritatis epūs. ad cuius electionē oim sniа dependebat. cum ergo cunctos iciunijs ⁊ orationibus insistere monuisset: nocte illa vocē audiuit dicentem sibi: vt hora matutinali fores ecclesie obseraret: ⁊ quē primū ad ecclesiā cui nomē est nicholaus: venire conspiceret ipsū in epm cōsecraret. hoc ergo ⁊ alijs reuelans epis ammonuit vt oēs orōni insisterent ⁊ ipse pre foribꝰ excubaret. Et ecce hora matutinali quasi a deo missus ante oēs ad ecclesiā nicholaus ꝑuenit: quē apprehendēs epūs dixit ei: qō tibi nomē est: ille vt erat colūbina simplicitate ꝓplenus. inclinato capite inquit vestre sanctitatis seruus nicholaus: quem in ecclesia ducens lz plurimuz renitentem: in cathedra collocauit: neqz in hoc reprehensibilem ipsum quispiam iudicet qui passus est in cathedra collocari cū agnouerit hoc ex dei voluntate prouenisse. Et cum ab episcopis ibidem congregatis rationabiliter cogeretur. Nam vt scribitur. viij. q. i. ca. in scripturis. Si is qui valet oiporentis dei oues pascere renuit: ostendit se summum non amare pastorez. Acceptato itaqz a nicholao pontificatus officio sectabatur in omnib⁹ humilitatem: morū grauitatem: pernigilabat in oratione corpus macerabat: mulieruz vitabat consortia: affabilis in suscipiendo: efficax in loquendo: alacer in exhortādo: seuerus in corripiēdo. Et vt in cronicis legitur. fuit tempore constantini secundi filij constantini magni. Et iulij pape qui congregauit sinodum apud niceam trecentoꝝ decez ⁊ octo patrū ꝺ arrium de qua scribit. xv. dis. ca. canones. Et ibi fuit nichola⁹: cius tpe floruerūt Eusebius epūs vercellensis. Illaris epūs pictauiensis. Antonius magnus. ⁊ Machariꝰ. ¶ Secundo ostendimus beatissimum nicholaum fuisse pastorem bonum in pauperum subuentione. naz vt dicit Hiero⁹ ad nepotianū ⁊ ponit in decretis. xij. q. ij. ca. gloria. Gloria epi est pauperū opibus ꝓuidere ignominia sacerdotis est ꝓprijs studere diuitijs. Et i ca. aurū. xij. q. ij. Ambro. ait. aurū hz ecclesia nō vt seruet sed vt eroget. Ex ꝫ sctissimus nicholauꝰ de pauperibus specialiter curā suscepit ob qō pijssimus deus mensurā tritici ab eo suscepti miraculose suppleuit. Quodā nanqz tpe totam prouinciam sancti nicholai: fames valida pertulit: ita vt oibus deficerent alimenta. Audiens autez vir dei naues onustas tritico applicuisse portui illuc statim ꝓficiscitur. Et rogans nautas vt saltem in centū modijs per quālibet nauē fame periclitantibus subuenirēt. cū illi respō dissent non audemus pr: qz mensuratū alerā drie oportet in horrea imperatoris nos reddere sanctus inquit facite nūc qō dico. Et vobis in dei veritate promitto ꝙ nullā minorationez habebitis apud regiū exactorē. Qō cū feciss̄et ⁊ eandē mensurā alexandrie quā acceperant reddidiss̄et ministris imperatoris miraculum referunt: ⁊ deū in suo famulo magnifica laude attollunt. frumentū autem vnius cuiusqz indigentiam vir dei distribuit ita vt miraculose duobus annis non tm ad victum sufficeret sed etiam abusum seminis abundaret.

¶ Tertio oñdimus btm̃ nicholaũ fuisse pastorem bonũ in populi doctrinatione. nõ enī neglexit populũ sibi subiectũ pascere cibo spũali quinimo cum regio illa idolis deseruisset. adhuc post cõuersionẽ ad xp̃m populus nephan de diane adhuc deseruiebat. Et sub quadam arboꝛe illi consecrata quosdã ritus gentiũ exercebat: quem ritum de oibus finibus vir dei expulit ipsãq; arboꝛẽ pcidi mandauit. Tandẽ in perseuerantia bonoꝝ operum feliciter ad xp̃m migrauit. Et vt scribitur in eius legẽda ante aïe exitum angelos ad se venientes vidit Et dicto psalmo. In te dñe speraui vsq; i manus tuas dñe cõmendo spũm meum: tradidit spiritum. anno dñi. ccc. lxiij. vbi apud terrigenas celestis audita est melodia. Coꝛpꝰ itaq; honorifice in tumba marmorea repositũ fuit: qõ tandem barũ translatũ fuit. anno dñi. M. lxxx vij. O igit felix aïa nicholai: que peracto huius breuis tpis cursu: tandẽ celestia regna petiuit. ibi cõgaudet xp̃o & oibus electis p infinita secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo quadragesimus nonꝰ de tribus. priuilegijs beati stephani prothomartyris: que cooperante xp̃o cum gloriosum fecerũt.

VIdeo celos apertos & iesum stantem a dextris virtutis dei. Scribuntur hec verba Actuũ vij. ca. & in epla' presentis solẽnitatis: in tribulatione positis ac laboꝛantibus q̃buscunq; pro diuino amoꝛe: nunq; deest auxilium supne gratie: qua fit: vt quecunq; ardua & difficillima nõ solũ nõ molestẽ: sed equo aio ac iocundissimo ferant. nihil enī terribiliꝰ est moꝛte: quã tñ amici dei etiam violentaꝫ passi sunt pro xp̃o gaudentes. Ecce in promptu occurrit nobis exemplũ stephani prothomartyris: qui in etate florenti lapidationis martyriũ patientissime tollerauit: cui cum ex debito teneamur honoꝛem quem possumus exhibere: vt sic valeamꝰ interueniẽtibꝰ eius meritis vite ipsiꝰ imitatoꝛes fieri: hodierna die ad illũ sermonẽ vertemꝰ: qui vidit xp̃m stantẽ a dextris dei paratissimũ ad eũ adiuuãdũ: put ipse retulit in verbis a nobis p̃missis. In q̃bus tria bti stephani p̃uilegia distinguemꝰ: q̃ cooperante xp̃o eũ celeberrimũ glorioſissimũq; ostendũt.

¶ Primũ dr̃ gratie.
Scõm victorie.
Tertiũ glorie.

¶ Qualiter btũs stephanus fauente diuina gr̃a' superauit: superbiam: auaritiaz: & luxuriã

Capitulum. j.

PRimũ p̃uilegiũ beati stephani dr̃ gr̃e de quo sic dr̃ Actuum. vi. ca. stephanus plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. Fuit equidez in eo gr̃a: qua tria principalia peccata ad que cetera reducuntur superauit. ¶ Primũ fuit superbia. Scõm auaritia. Tertiũ luxuria. de quibꝰ Jo. prime canonice. ca. ij. ait. Omne qõ est in mũdo concupiscentia carnis est: aut concupiscentia oculoꝝ: aut superbia vite. Superbiã nãq; superauit p̃ virtutẽ humilitatis. Luxuriã per virtutẽ castitatis. & auaritiã p̃ virtutez paupertatis. ¶ Primo fuit humilis in honoꝛe sibi ab ecclesia exhibito. Vnde vt scribit Actuũ. vi. ca. Ipse fuit vnꝰ imo p̃mꝰ ex septẽ diaconibꝰ ab ap'lis ordinatꝫ in misteriũ. Cũ enī excresceret multitudo credentiũ ap'li decreuerunt eligere septẽ: qui p̃essent administrationi tpali vt ipsi vacarent verbo diuino. Et elegerũt stephanũ virũ plenũ fide & spũ sctõ: & philippuz & ꝓchoꝛũ: & nicanoꝛẽ: & timonẽ: & ꝓmenam: & nicholaũ aduenã anthiocenũ. In qua electiõe & honoꝛe sibi exhibito stephanus humiliter se cõtinuit qõ quantũ sit laudabile cũ quis in dignitatibꝰ & honoꝛibus nõ tumescit. p̃z ex verbo sapientis: qui ca. iij. Ecclesiastici ait. Quanto maioꝛes humilia te in oibus: qõ Cicero in primo de officijs elegãtissime retulit. In rebꝰ inquit etiã prosperis superbia fugienda est & arrogantia. nã vt aduersas res sic & secundas imoderate ferre leuitatis est. Scõo beatus stephanus superauit luxuriã p̃ virtutẽ castitatiz nã dr̃ de eo q̃ fuit vir boni testimonij & mundissime fame. hoc Xo expleri nõ põt absq; auxilio diuine gr̃e: qz vt ait Augꝰ in li. de agone christiano. Inter oia xp̃ianoꝝ certamina: duriora sunt p̃elia castitatis. vbi quotidiana pugna & rara victoria. Tertio superauit auaritiã p̃ virtutẽ paupertatis. nã fuit plenus fide. Sup que verba inquit Augꝰ. qui verã fidẽ habent de deo: nõ cupiũt in his miserijs diuites fieri Sed plerigz obstinatione voluntaria in suis peccatis cõmoꝛantes excusare suã prauitatez satagunt asserentes nõ posse virtuose viuere: quia ipsis deus non porrigit gratiam suam: q̃ bus respondemus q̃ gratiam ad salutẽ necessariam deus non denegat: nisi his qui illaz habere nolũt. Jdeo Cipꝛianꝰ in epla' ad donatũ

ait.profluens largiter spūs nullis finibus premit:nec vllis coercentibus claustris intra certa metaꝫ spatia refrenat: manat iugiter exuberat affluenter:nr̄m tū pectus sitiat ⁊ pateat quātum illuc fidei capacis afferimus tātū inde gr̄e mundātis haurimus. hec ille. Igit vt inquit Aristo.in lib.de causis. prima cā inest oibus rebus fm dispositionē vnā non tū oēs eā recipiunt fm eādem dispositionem: q̄re ⁊ aliqui gr̄am nec in minimo hñt q̄ illā br̄e cōtemnunt: ⁊ loquor de gr̄a gratum faciente: quidā gr̄am hñt seruātes in charitate diuina mādata. Alij aio feruentiores q̄ṡ primi ad obseruātiā consiliorꝫ ascendūt:quare gr̄a maior esse pōt in vno q̄ṡ in alio. vnde Aug⁹ ad dardanū ait. Jn quibus habitat deus non equaliter habitat. Et idem ad bonifaciū gr̄a meret augeri.qō fm Alexandrū in tertio intelligendū est de magnitudine ⁊ augmento fm quātitatē virtualē. nō fm quātitatem dimensiuā.

¶ Quare vicit btūs stephanus cū adiutorio dei tria prelia in quoꝫ quolibet affuit sibi diuinū auxilium. Capitulum.ij.

SEcūdū priuilegiū btī stephani dr̄ victorie.vicit equidē cū adiutorio diuino malos hoīes cū persequentes:mos nanqꝫ maloꝫ est bonis ⁊ virtuosis molestiā inferre. q̄ fm philoꝫ sniam c̄ria simul stare non possunt:sed mutuo se expellunt vt docet Aristo.x.methaphisice ⁊ in predicamentis. Sicut calidū non stat cū frigido:aut albū cū nigro siue tenebra cū lumine.iō.xxiij.q.iij.ca.qui fm carnē.Hieros ait.Qui fm carnē natus est psequebatur spūalē:nunc̄ Vo spūalis carnalē psequit sed ignoscit quasi rustico: surrexerunt ergo viri magni ꝯ stephanū ,pcurantes mortē eius:interueniente triplici prelio.

¶Primū fuit disputationis.
Scōm accusationis.
Tertiū cōminationis.

¶ Primū fuit prelii disputationis.ō quo dr̄ surrexerūt aūt quidā de synagoga que appellabatur libertinoꝫ a regione sic nominatoꝫ fz Micholaū de lira. ⁊ cirenensiū a cirene ciuitate.⁊ alexandrinorūz ab alexandria metropoli egypti ⁊ coꝫ qui erant a cilicia ⁊ asia: q̄ sūt regiones ,ppinque iudee.disputantes cū stephano in quo prelio datus est sibi spūs sētūs qui sibi facundiā ministrauit.fm xp̄i ,pmissū qui Luce.xxi.ca.dixit. Ego dabo vobis os ⁊ sapientiam cui nō poterūt resistere aduersarij vri Ex hoc dr̄ de stephano. nō poterant resistere sapientie ⁊ spiritui qui loquebat̄. ¶ Scōm p̄lium fuit accusationis. videntes eni iudei q̄ disputando succubuerunt callide submiserūt duos falsos testes:qui eū in iudicio accusarēt dixerūt q̄ṡ eum blasfemasse deū moysen tabernaculū ⁊ templū:que oīa potentissime confutauit. Et dum loqueret affuit sibi diuinū auxiliū qm̄ intuentes in eū oēs qui erant in consilio viderunt faciem eius tanq̄ṡ faciem angeli quibus ipse declarauit magnificando deum, legem moysen:⁊ templū de deo dixit:ipsū fuisse locutuz patribus qui est deus glorie. de moyse.q̄ amicus dei fuerit.de lege q̄ fuerat a deo data ō templo q̄ instructū fuerat ex diuino precepto. ¶ Tertiū prelii fuit cōminationis.nā cū stephanus fuisset multa locutus q̄bus iudei c̄dicere non valebant: audientes q̄ dicebant̄:dissecabant cordibus suis ⁊ stridebant dentibus in eum. Tunc videns imminere sibi de prorimo mortē:intendens in celum vidit gloriā dei ⁊ ait. Ecce video celos apertos ⁊ iesū stantē a dextris virtutis dei. Hic dubitatur a quibusdā vtrum visio beati stephani fuerit mētalis aut imaginaria vel corporalis Aliqui dicūt q̄ṡ fuit mētalis tm̄: ita q̄ ex gr̄a speciali fuit concessū stephano videre non solum humanitatē xp̄i sed etiā deitatē. Sicut ⁊ paulo de q̄ dic̄ Aug⁹ ad paulā de vidēdo deū q̄ṡ sibi fuit concessū videre diuinā essentiam eo q̄ erat doctor gentium ⁊ moysi qui fuit doctor iudeoꝫ. Et hoc videt̄ dicere quedaz glo. sup locū istū que talis ē. quidā electoꝫ adhuc in hac vita detenti mūdato cordis oculo videre meruerunt gloriam dei: vt hic stephanus ⁊ paulus ad tertiū celum raptus. Sed hoc dictū non videtur sufficiens.quoniam vt doctores dicunt visio diuine essentie non est cōcessa alicui in vita presenti: vtenti sensibus exteriorib⁹ nisi hoi xp̄o.vnde ⁊ paulus non dicit deū sic vidisse:nisi in raptu ab istis sensibus. stephanus autem non videt tunc fuisse raptus sed magis vtens sensibus: nam loquebat iudeis audientibus.Alij opinantur. q̄ṡ fuit visio imaginaria: ita q̄ in eius imaginationem fuerunt effigies diuinitus formate ad repr̄esentandum deum:⁊ hoiem xp̄m. sicut legitur de Ysaia ca.vi.q̄ṡ vidit dn̄m sedentem super solū ⁊ mente cognouit significatum illius:ita ⁊ stephanus habuit visionem imaginariam: ⁊ agnouit significatum illius repr̄esentationis

Et sic ē̃tum ad hoc fuit nō soluz imaginaria visio sed etiā mentalis sicut visiones ꝓphetarum. Et nō est dubiū ꝙ potuit sic fieri: sed ex mō loquendi scripture videt ꝙ fuerit corporalis qz dr. intendens in celū vidit gloriam dei. Propter qō aliqui dixerūt ꝙ visus stephani fuit a deo fortificatus in tantū ꝙ vidit iesum existentem in celo empirreo celos acucie visus penetrando: sed istud nō videt posse stare: qz sic visus fuisset extramittendo ab oculo: t nō intus suscipiendo ab obiecto quod improbat phūs li. de sensu t sensato. Propter qō vt refert Nicho⁹ de lira sup hoc passu probabiliuſ videt dicendū ꝙ a corpe xpi existentis in celo fuit imutatus oculus stephani ad visionē humanitatis xpi. nā in ptāte eius est ꝙ corpus eius sic videat a longe sicut de prope. Et forte idem est de quolibet alio corpore glorioso. qz totaliter est subiectū aīe ꝓpter qō videt ꝙ ad nutū eius possit imutare visū indifferenter a longe t de prope. Sicut in ptāte eiuſ est ꝙ imutet visū t videat in propria vel in aliena effigie. deitatē Xo videre nō potuit isto mō: sed sicut in visione imaginaria formaī in virtute imaginatiua aliqua effigies ad representandū deū vt dictū est. Ita exterius pōt diuinitus formari ad imutationē corporaliſ oculi sicut suo mō fit in apparitōe angelox qñ apparent in corporibus assumptis que corporaliter videnī: ita aliqua effigies corporalis nō a deo assumpta: sed formata pōt ipsū representare oculo corporali. Et sic probabiliter absqz vlla ꝺdictione potest dici. Qz sic fuit in visiōe stephani. mentali tñ cognouit ꝙ illa effigies non erat ipsa deitas nisi tm̄ representatiue. Et huic mō dicendi concordat lra cū dicit. Ecce video celos apertos. si igit visio pretacta stephani fuit corporalis: tunc tria ibi fuerunt miracula. Primū qz vidit celos apertos. qō sm Nicholaū de lira intelligendū est. non ꝙ celi fuerunt diuisi cū sint incorruptibiles: sed qz fieclare vidit ac si nullū esset obstaculū inter medium. Scōm miraculū fuit qz vidit iesū in gloria patris: cū sm naturā impossibile sit vt corpus glorificatū i sua gloria ab oculo corporali nō glorificato videri possit. Tertiū miraculū fuit qz cū corp⁹ xpi sit i celo empirreo. videdo ipsū vidit vltra celū fidereū aereū t cristallinū Impossibile est autem sm naturam ꝙ oculuſ corporalis in tanta distantia possit videre. Si insuper visio stephani fuit mentalis vt predictum est. tunc factum est vt eius mens esset a deo illuminata ad notitiā glorie dei t dñi iesu xpi filij sui. ꝙ nihil aliud posset vel vellet desiderare: nec mortez quā oēs naturaliter timēt t fugiunt timeret sicut t facto ostēdit. Judei autē cum audissent eum talia dicentem: continuerunt aures suas sm glo. ne audirent blasfemantē. Sic eni falso extimabant ipsum blasfemare. Quare educentes eū extra ciuitatem lapidabant: t testes deposuerunt vestimenta sua vt celerius interficerēt: ad pedes adolescētis qui vocabat saulus: postea Xo fuit paulus vas electionis. ipse aūt lapidatus: vulneratus cruore perfusus. non dicebat heu me dolentē nō heu me iuuenē: nō heu me qz morior absqz culpa: relinquo mūdū: parentes desero t amicos: morte violenta occisus: non hec vel similia loquebat. Sed alo hilari: facie ad celū directa. dūc inquit iesu accipe spm̄ meum: t ne sta tuas illis hoc pctm̄. quod cum dixisset obdormiuit in dño. vbi glo. pulchre dictuz est obdormiuit t non mortuus est: qz obtulit sacrificiū dilectionis: t obdormiuit in spe resurrectiōis

¶ Qz beatus stephanus dr primus martyr t qualiter multis miraculis coruscauit: qui tam plene beatificatus est in celis. Capitulum. iij.

Tertiū priuilegiū beati stephani dr gtic. adeptus nanqz fuit ꝓpter eius merita copiosa triplicem gloriam.

Prima dr specialis honorationis.

Scōa miraculox operationis.

Tertia plene beatificationis.

¶ Prima gloria dr specialis honoratōis: Est enim in ecclesia dei inter martyres prim⁹ cui⁹ festum imediate post natiuitatē dñi celebrat. Sed pleriqz dubitare solent: quō stephanus primus martyr dicatur: cum ante ipsum etiā alij martyres predicentur. nam abel martyr: innocentes martyres: ioānes baptista martyr non ergo stephano priozitas martyrij debet. Ad quod respondemus ꝙ ideo primus martyr dicitur. quia ipse prius ceteris passus est: post noui testamenti consūmationem que facta fuit: quando omnino cessarunt legalia dū xp̄s dixit consūmatum est. etiam quia primus euolauit. nam alij lz martyrium fuissent passi ante ipsum: nihilominus quia nondum erat aperta ianua non euolauerunt. Dicitur insup primus martyr quia passus est propter fidei defensionem t confessionem. Innocentes qp pe passi sunt pro xp̄o sed nondum illum confi

teri poterant. Joannes baptista passus est qr arguebat herodem. abel propter inuidiaz fratris. stephanus autem quia xp̃m predicabat filium dei regem regum ⁊ dominũ dominantium. Notandum tamen q̃ beatus stephan⁹ passus fuit die qua eius inuentio celebratur. inuentum nanqz fuit tunc corpus eius anno dñi cccc.xvij. honorij principis anno septimo mutauit tamen ecclesia festiuitates vt festum passionis eius cum ampliore deuotione celebraretur immediate post natiuitatem dñi qr passio eius dignior est q̃z inuentio. ¶ Secũda gloria beati stephani dicitur miraculorũ operationis. dicit enim Augustinus li.xxij. de ciuita. dei. beatum stephanum innumeris miraculis coruscasse ⁊ mortuo ser suis meritis suscitasse multosq̃z curasse a variis languoribus Et vt ibi refert: flores de altari sancti stephani assumpti cuiusdam mulieris cece oculis inpositi sunt que continuo lumen recepit. quidã insuper nobilis marcialis nomine: cum infidelis esset ⁊ nequaq̃z conuerti vellet: cum plurimum egrotaret gener suus valde fidelis ad ecclesiam beati stephani venit. Et de ipsis floribus qui super altare erant accipiens ad caput soceri latenter posuit. Super quos cum ille dormisset protinus ante diluculum clamauit vt ad eccl̃m mitteretur: cum autem eps abesset sacerdos ad eum venit: ⁊ cum se credere diceret baptizatus est. Qui q̃dm vixit hoc verbum semper in ore habuit. Xpe accipe spm ritum meũ: cum tũ ignorarem: hec fuisse verba vltima sci stephani. ¶ Tertia gloria dr plene beatificationis. hanc habet in regno celorum dñm clare videndo: tenendo: atq̃z fruendo: ibi factus est in pace locus eius ibi possessionẽ hz opulentam: ibi coronatur aureola: que datur doctoribus: virginibus: ⁊ martyribus de qua plenius in sermonibus de virginibus dissere mus. O igitur felix iuuentus beati stephani: que morte ⁊ martyrio fuit in melius cõmutata. O preciosa ⁊ delicata tollerantia. O dulces lapides torrentis quibus tam grande premiũ eterne vite stephanus ipe promeruit. mortuꝰ fuit pro xp̃o ⁊ ecce in eternuz regnat cũ xp̃o q̃ est benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo quinquagesimus de innocentibus occisis ab herode ascalonita qui xp̃m puerulũ extinguere nitebatur.

Surge et accipe puerum ⁊ fuge in egyptũ. angeli ad ioseph loquentis verba sunt ista originaliter Matthei. i. ca. ⁊ in euangelio pñtis festiuitatis iniquitas male mentis herodis impij ⁊ crudelis xp̃m ihesũ in cuna vagientem psequi cepit. Nam volens illũ perimere alios paruulos occidi iussit credens in numero eoz xp̃m preludere. Qua de re beatissimis illis innocentib⁹ ecclesia sctã honorẽ debituz tribuit statuẽs hanc solẽnitatẽ ad eoz reuerentiã a fidelibus celebrandã. vt ãt mens xpiana pcipe valeat quanta sit obligatio nra ad filiũ virginis diligendũ qui in qualibet etate pro nobis pati non recusauit. in pñti sermõe decurrem⁹ ea que de illius peregrinatione in egyptum ⁊ pueroz interfectione euangelica tradit historia. vbi tria mysteria se offerunt contẽplanda

¶ Primũ dr xp̃i peregrinatio.
Scõm herodis malignatio.
Tertiũ innocentiũ coronatio.

¶ Qualiter ioseph monente angelo fugit cuz iesu ⁊ virgine mre in egyptũ. Capitulum. j.

Primũ mysteriũ cõtẽplandũ dr xp̃i peregrinatio. Et hoc notaꝫ in prima pte euãgelij. cũ dr. Angelus dñi apparuit in somnis Joseph dicens. Surge ⁊ accipe pucrum ⁊c. Ad quoz verboz explanationẽ mitiorẽ tria sunt hoc loco dubia disceptanda.

¶ Primũ vtrũ xp̃s habuit angelum ad sui custodiam deputatum.
Scõm cur angel⁹ apparuit ioseph in somnis
Tertiũ quare in sua fuga xp̃s egyptũ petijt.

¶ Ad primũ dixerunt aliqui q̃ xp̃s habuit angelum ad sui custodiam. nam Luce. ij. scribit q̃ angelus annunciauit pastoribus xp̃i natiuitatem qui potuit esse angelus eius custos. Et Luce. xxij. c. dicit. Ecce apparuit ei angelus dñi confortans eum. vbi Bedda ait. In testimoniũ vtriusq̃z nature angelus eum confortasse ⁊ angelus ei ministrasse describit. Insup xp̃s ihesus sm humanam naturam ⁊ passibilitatis statum fuit paulominus ab angelis minoratus. vt docet mgr̃ sententiaꝫ in. i. di. xvi. Vnde q̃ztum ad hoc videbatur angelico indigere presidio. Adhuc angelica custodia facit ad anime dignitatez. Vnde Hiero⁹ sup. xviij ca. Matthei. Magna inquit est dignitas animarũ vt vna queq̃z ab ortu natiuitatis sue in sui ꝓfectũ ⁊ custodiam habeat angelũ specialiter

deputatum. Aia aũt xpi cũ sit nobilissima nõ debet tanta dignitate priuari. Sed ꝓrium tenent Doc. in. ij. sniaꝝ. di. xi. vbi dicit dñs Bonauen. Q; xps nõ indigebat angelo custodiente: q; aduersarius ñ poterat opprimere ꝑ violẽtiã corpus diuinitati vnitũ: nec poterat seducere ꝑ astutiã intellectũ plenarie a Verbo illustratũ: nec poterat allicere ꝑ blãditias affectũ plenitudine gr̃e confirmatũ. Ideo xps nõ indigebat angelo bono: nec q̃ntum ad corporis defensionẽ: nec q̃ntuz ad eruditionẽ rõnis: nec q̃ntum ad incitationẽ affectionis. nõ competebat etiam ipsi xpo br̃e angelũ custodem: q; custodia in custodiente respectu custoditi dicit presidentiã quandã. Et q; angeli xpo dño suberant: ideo nullũ officiũ presidentie ipsis angelis respectu xpi cõmitti debebat. Quicqd aũt de scripturis allegatũ est in ꝓrium: de angelis administrantibus & seruientibus ipsi xpo nõ de presidentibus est intelligendũ: nũq̃ enim sic minoratus est xps ab angelis vt aliquis angelus auderet ei presidere: cũ ita bene sit adorandus xps in cruce & in sua infirmitate sicut cum apparebit in sua virtute. Cum Vo dicebatur ꝙ angelica custodia facit ad hois dignitatem. Dicendũ ꝙ custodiri ab angelis ita dicit dignitatẽ in aia respectu aliaꝝ creaturarũ que non cõmittunt angelice custodie: vt tũ dicat imperfectionẽ respectu angeloꝝ beatoruz qui aliena custodia nunq̃ egent. Et q; aia xpi ab instanti sue conceptionis erat ꝑfecte beata angelũ custodientẽ nõ debebat habere: sed bñ ministrantẽ non vnũ tm̃ sed ẽt plures. ¶ Secundũ dubiũ fuit. Cur angelus apparuit ioseph in somnis. Ad qõ rñdet Criso9 i omelia dicens. Ideo non apparuit manifeste sicut pastoribus q; valde fidelis erat: pastores indigebant quasi rudes. virgo indiguit q̃si de maritis instruenda. Silr̃ zacharias indiguit añ prolis conceptionẽ visione mirabili. Ut remigius aliã rõnez assignat moralẽ dicens. ꝑ hꝰ ꝙ angelus in somnis apparuisse dr̃: mystice designat: q; illi qui a curis terrenis & secularibus negocijs requiescunt: ꝑfrui angelica visione merenr̃. Dixit ergo angelus sic apparens ioseph. accipere puerũ & matrẽ eius. nõ dicit accipe matrẽ & puerũ eius q; vt dicit Criso9. nõ ꝓpter matrẽ puer natus est sed ꝓpter puerũ mater preparata. Et notanter dixit mr̃em ei9 nõ coniugẽ tuã: sicut ante q̃z xpm̃ peperisꝛ vt ostenderet matris xpi virginitas. vt ponit Hilarius sup Matthеũ. ¶ Tertiũ dubiũ fuit cur in sua fuga xpus egyptũ petijt. Ad qõ rñdet euangelista. vt impleret tngt qõ scriptũ est ꝑ ꝓphetã. Ex egypto vocaui filiũ meũ. in super Isaias. xix. ca. ita ꝓphetauit. ascendet dñs super nubẽ leuẽ & ingrediet egyptũ & mouebuntur simulacra egypti a facie eius. Narrat magister in historia scholastica. ꝙ ea nocte xps cũ matre intrauit egyptũ qua precepto suo exiuerant filij israel. Et sicut tunc non fuit domus in qua nõ iaceret mortuus angelo percuciẽte sic ipo ingrediente nõ fuit templũ in quo idolum non corruerit. de egypto Isidor9 in. xiiij. ethimologiaꝝ libro. ita scribit. egyptus prius arca dicebaꝛ deinde egyptus vocata ab egypto danai fratre ibi regnante. hec ab oriente syrie est & mari rubro conuncta. Ab occasu libiam bz: aseptẽtrione mare magnum. Regio celi imbribus insueta & pluuiaꝝ ignara. nilus solus circũfluens eam irrigat & inundatione sua fecundat. vnde multã terrarũ partem fenum alit. Ceterozũ quoqz negocioꝝ adeo copiosa vt impleat mercibus suis etiã orbẽ terrarũ. Jam ad pijssimã Jesu matrẽ redeundũ est que egyptũ petere a ioseph monita fuit. retulit forte illi sponsus ioseph castissimus excitatus a somno. O virgo digniss̃ima fugiam9 repente q; ab angelo didici ꝙ herodes tuũ q̃rit extinguere filiũ. quisnã explicet quãtus timor virgineã mentẽ inuaserit. quãtusue dolor percusserit cor eius benignũ. puto nãqz ꝙ mox filiũ in brachijs suscipiens lachrymantibus oculis cũ ioseph sene puella iter ad deserta direxit. Contemplare nũc fidelis aia. quot noctes durerunt insomnes. quot vicibus fitis estuabant ardor. quoticns & absqz cibo ꝓnoctarunt in heremo. Compatere aia mea creatori tuo ꝑ te peregrinãti. Compatere ioseph qui tantũ laborat ꝑ viribus vt necessitatibus mr̃is ac filij succurrat. & q̃qz ꝓpter solitudinem loci qõ querit inuenire nõ põt. Compatere & virgini sacratissime que nunc terretur nũc pauet nunc filiũ inter vbera stringit nũc faciem eius lachrymis rigat nunc adorat nũc eius assumptas deplorat penalitates.

¶ De dr̃a herodis ascalonite: & aliozꝝ q sic vocati sũt. Et ãre nõ eodẽ anno q̃ natus est xps fuerũt innocẽtes occisi. Et de herodis seuitia

Capitulum. ij.

Secũdũ mysteriũ ꝓtẽplandũ in euãgelio dr̃ herodis malignatio. ad qõ bñ expla-

nandū tria de herode consideramus.
Primo differentiā.
Scōo sufferentiā.
Tertio malitiā.
¶Primo considerem⁹ differentiā. vt enim colligimus ex hist⁹ria scholastica. Tres fuerūt herodes. Primus ascolonita sub quo natus est xp̄s. Scōus antipas qui decollauit Joānē ⁊ fuit filius herodis ascalonite. Tertius dict⁹ est agrippa qui iacobū occidit ⁊ petrū incarcerauit ⁊ iste fuit nepos antipatis. primus fuit innocentū interfector. ¶Scōo consideremus sufferentiā. non enim eo ipo quo delusus fuit a magis pueros occidi mandauit. sed post aliquod tempus vt dicit Nichola⁹ de lira super Matthēū. cū vellet oēs pueros bethleem interficere ne xp̄s sibi incognitus euaderet. ipedit⁹ est ab executione huius facti. eo q̄ a cesare augusto per epistolā fuit citatus. filioꝝ accusationibus respons⁹r⁹. eundo āt romā ⁊ manēdo in curia ⁊ redeundo ad iudeā. apposuit annum ⁊ plus ⁊ ideo fere post duos annos ad regnum suū reuersus ⁊ in regno confirmatus. q̄ sniam p̄o se contra filios habuit. tunc perfecit necem puerorū p̄ius in mente conceptā.
Xo bificij a leone suscepti sic sequitur Plinius. Helpis samnis natione in affrica delatus mane t iuxta littus' cōspecto leone hiatu minari:arborem fuga petijt. At leo procūbēs ad arborē:hiatu quo terruerat miserationem petebat. Os enim morsu auidiore inbeserat dentibus eius:cruciabatq; inedia: quare helpis timore depositio descendit de arbore t leonem audiuit: liberauitq; eū ab illo impedimēto esse de ipsius ore euulso. Traduntq; q̄dā nauis ea in portu stetit:retulisse grām venatq; agregando. Aulusgelius Xo li.v.noctiū acticarum stupendissimū inducit exemplū de leonis gratitudie. Appion inquit litteris homo multis preditus narrat:se rome vidisse: grām leonis exhibitam.androdo cuidā erat ipse seruus viri cōsularis: qui ad bestias damnatus fuit:inter quas aderat leo vnus terribilis valde.hic vt androdū vidit procul repente quasi admiratus stetit:ac deinde sensitu atq; placide:tanq; noscitabundus ad hoiez accedit. Tū caudā more atq; ritu adulantiū canū: clementer t blande mouet:hoisq; sese corpori adiūgit. Cruraq; eius t manus:propria exanimati metu lingua leuiter demulcet. androdus inter illa blandimenta amissū recuperat animuz paulatimq; oculos ad contuendū leonē refert Tum quasi mutua recognitione facta:letos t gratulabundos videns hoiem t leonē. Quere res in cū oēs in admiratione traxisset: eductq; androdus:atq; cesari presentatus requiritur. Cur sibi leo taz familiarē se prebuisset. At ille Cū inquit affricam pro cōsulari imperio meo dño obtineret. Ego ibi iniquo cotidianis verberibus ad fugā suz coactus:t vt mihi a dño terre illius preside tutiores latebre forent: in camporū t arenarum solitudines concessi:ac deficiente cibo consiliū fuit:morte aliquo pacto querere. tum sole medio rapido t fragāti specū quandā nactus remotā latebrosq; in eam me rapio t recondo:neq; multo post ad eandē specū venit hic leo: debili vno t cruento pede gemitus adens t murmura dolorem cruciatumq; vulneris cōmiserantia:atq; illic primo aspectu pauere cepi. Sed postq; introgressus leo mitis t mansuetus accessit: t sublatū pedem ostendere mihi t porrigere quasi opis petende grā visus est:ibi ego stipem ingentē vestigio pedis eius berentē euulsi:cōceptāq; saniē vulnere intimo expressi: atq; detersi cruorem. Ille tunc mea opera t medela leuatus. pede in manibus meis posito recubuit t quieuit. atq; ex eo die triennū totum ego t leo in eadem specu eodemq; victu vitimus nam quas venebatur feras mēbra opimiora ad specum mihi suggerebat:que ego ignis copiam non habens sole meridiano torrens edebam. Sed vbi me vite illius ferme iam pertesum est leone in venatum profecto. reliqui specum t viam fere tridui permensus a militib⁹ visus apprehensusq; sum. Et ad dñm ex africa romam deductus. is me statim rei capitalis damnandum vandumq; ad bestias curauit. intelligo autem hunc quoq; leonem me tunc separato captum. gratiam nunc mihi beneficij t medicine referre. quibus auditis androdus. a pena solutus t leo libertati donatus fuit. Postea inquit appion videbamus androdum t leonem loco tenui reuinctuz vrbe tota circum tabernas ire. donari ere androdum floribus spargi leonem. omnesq; fere vbiq; obuios dicere. hic est leo hospes hominis. hic est homo medicus leonis. Ad sanctum marcum iam redeamus qui q̄ sit gratus deuotis suis experientia ipsa declarat. veneti quidez anno dñi. cccc. lxvi. corpus eius de alexandria venetias transtulerunt. vbi ecclesia in honore sancti marci mire pulchritudinis fabricata est. ibiq; sacrū illud pignus recondutum. Et licet a cunctis fidelibus beatus marcus veneretur tamen veneti illum deuotione singularissima colunt. illum suum apud deum habent intercessorem precipuū. illum protectorem t patronum eorum benignissimū predicant t confitentur. quibus q̄ sit ipse benignus: q̄q; gratus illius ciuitatis celsitudo manifestat cui recte conuenire potest illud psalmiste dictum. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Quam suis meritis beatus marcus exaltat in dies: p̄ fidio igitur marci gloriosissimi ad quod veneti semper confugiunt: liberant a grauissimis malis t meritis illius eoz status immobilis conseruatur. Ob quod petrus damianus in sermone dicit Beata es o alexandria triumphali huius sanguine purpurata. Felix t tu italia corporis huius thesauro diues effecta. Gaudeant itaq; t letentur veneti: qui apud celestem regem beatum marcum habent solicitissimū intercessorem sperantes indubitanti per illius suffragia non solum tpalem gloriā ampliare sed acquirere dei gratiam in presenti t in futuro vitam eternam. Amen.

¶Sermo quinquagesimus tertius de beato Luca euangelista q vt bos vel vitulus figurat: eo q̄ a sacerdotio incipit ẓacharie. Et xp̄i genealogiā p̄ sacerdotes descr̄ibit.

Lucas medicus

charissimus salutat vos. verba sūt doctoris gētium in epl̄a ad colocenses. iiij. c. In ordine q̄tuor euangelistarū: p⁹ matheū ⁊ marcū ponit beatus lucas. De quo ita inquit Isidorus lib. vj. ethimo. lucas greci sermonis eruditissimus euangeliū in grecia scripsit sub theophilo cp̄o: initiās a sacerdotali spū dicens. fuit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidā noīe ẓacharias: vt manifestaret christū post nativitatē carnis: ⁊ predicationē euangelij hostiam fuisse effectū ꝓ salute mundi: ipse est enim sacerdos de quo dictū ē i psalmis. Tu es sacerdos in eternū sm ordinē melchisedech: vbi. n. xp̄s aduenit sacerdotiū iudeoꝝ obmutuit: lex ⁊ ꝓphetia cessauit. hec ille. Cum ergo hodierna die huius euangeliste memoriā dignissimā sancta eccl̄ia celebret rōnabile est vt laudes eius nō taceamus: p̄sertim vtiq̄ de ipso multa narrari que fidelibus cūctis ob rei magnitudinē iocūda gratissimaq̄ esse debent: quibus etiā ⁊ nos dicimus verba pauli in themate posita: vbi de bto luca tria laude digna ꝓponuntur misteria a nobis contemplanda.

Primū dicitur qualitatis
Secundum virtuositatis.
Tertium vtilitatis.

¶De gente ⁊ patria ac exercitio bti luce atq̄ qualiter ad medicos est recurrendum. qui infirmos ad confessionē inducere nouerit. ⁊ de salario medicoꝝ. Capitulum. j.

Primū misteriū a nobis cōtēplandum dñ q̄litatis qd cōtinet in verbis apli q̄ ait. lucas medicus: osidens q̄lis ꝓditionis extiterit: anteq̄s xp̄i discipulis iungeret. Sed hieronymus in ꝓlogo i actus apl̄oꝝ latius id exponit dicēs. lucas natiōe syrus: cuius laus in euāgelio canit: apud anthiochiā medicine artis egregius: ⁊ apl̄oꝝ xp̄i discipulus fuit. Et in ꝓlogo in lucā ait. lucas natione syrus anthiocensis: arte medicus: vbi ꝓditionē eius denotat quantum ad tria.

Primo quantum ad gentem.
Secundo quantum ad patriam.
Tertio quantum ad exercitū.

¶Primo hieronymus denotat ꝓditionē bti luce quantū ad gentem: q̄ dicit eū natione syrum: est aūt syria vt Isidorus dicit. xiiij. li. ethi. que ab oriente fluuio eufrate: ab occasu mari mauro ⁊ egyptio terminat tangens a septētrione armeniā ⁊ capadociam: a meridie sinum arabicū. Situs eius ponectus in immensā lōgnitudinē: i lato angustior: hz enim in se ꝓuintias comagenā: feniciā: ⁊ palestinā cuius pars est iudea: absq̄ saracenis ⁊ nabatheis. Et vt multi verissime tradūt: est syria regio speciosissima: fertilissima frugibus: ⁊ fructibus armentis ⁊ pcudibus: equis asinis ⁊ camellis utilissima. In cedris in speciebus aromathicis ⁊ metallis munitissima ciuitatibus ⁊ castris. Irrigua nobilissimis fluuijs ⁊ lacub⁹ atq̄ stagnis habēs nobiles portus maris: ⁊ hoc pcipue in palestinis maritimis ⁊ fenicijs. Ex hoc itaq̄ beatus lucas originem duxit. ¶Secundo hieronymus denotat ꝓditionē beati luce quantū ad patriam: que fuit anthiochia: de hac ita dicit Isidorus li. xv. ethi. sclentus vnus ex pueris alexandri: post mortem cuius̄dē occupato regno orientis: vbē in syria condidit: cāq̄ ex anthiochi patris sui noīe anthiochiā nūcupauit: ⁊ fieri caput instituit. ¶Tertio denotatur conditio beati luce quantū ad exercitū: quia erat medicus artem exercēs medicine: medicina autez vt inquit Isidorus li. iiij. ethimo. est que corporis vel tuetur vel restaurat salutem: cuius materia versat in morbis ⁊ vulneribus. Et dicit medicina a mō id est a temperamēto: vnde ex huguitionē medicina quasi modicina: huius artis auctor aut repertor apud grecos phibetur apollo: hanc filius eius esculapius laude vel opere ampliauit. Sed postq̄ fulminis ictu interijt interdicta fertur medēdi ars: ⁊ ars simul cum auctore defecit: latuitq̄ p annos pene quingentos: vsq̄ ad tps artaxersis regis persarum: tunc cam reuocauit in lucē ipocrates asclepio patre genitus. In insula choo. Sz q: de medicis loquimur tria occurrunt in hac parte dubia soluenda.

Primum vtrum medici vocandi sint ab infirmis ad eoꝝ sanitatem ꝓcurandam.
Secundū vtrum medici teneantur infirmos ad confessionem inducere.
Tertium vtruz medici possint ꝓpter infirmorum curam pecium recipere.

¶Primum dubiū vtr̄ medici vocādi sint vt infirmorum sanitatem ꝓcurent. Et quidaz dicunt q: non. Nam deus est qui sanat ⁊ qui oc

cidere põt ⁊ viuificare: vnde sapiens Eccleſiaſtici. xxxviij. c. inquit. q deo eſt oīs medela. Et meſue in ꝓlogo. ſanat ſolus languores deus. Et iacobus. v. c. ſue canonice, infirmatur quis in vobis inducat preſbyteros eccleſie: ⁊ orent ſuper eum: vngentes cū olco in noīe dñi: ⁊ oratio fidei ſanabit infirmū: ⁊ alleuiabit eū dñs. Et iob. v. c. increpationē dñi ne reprobes: qz ipſe vulnerat ⁊ medeť: percutit ⁊ manus eius ſanat. Et btā agatha dicebat. medicinā carnalē corpori meo nunq̄ exhibui: ſed habeo dñm q ſolo ſermone reſtaurat vniuerſa. Sed contrariū ꝓbari põt ꝑ auctoritates ⁊ exēpla. Inquit enīz ſapiens eccleſiaſtici. xxxviij. c. da locū medico: ⁊ enim dñs illū creauit: ⁊ nō diſcedat a te qz opera eius ſunt neceſſaria. ⁊ itez ibi. bonora medicū: ꝓp neceſſitatē eni creauit illū altiſſimus. Et itez ibidē. altiſſimus de terra creauit medicinā: ⁊ vir ſapiens nō abhorrebit illam. ⁊ Aug̃. in regula dicit. ſi nō eſt certū de infirmitate alicuius fratris medicus ꝓſolať. Et. xxiij. q. viij. c. de thiriis. §. ſeq. gratianus ait. Quis certiſſime ſciamus neminē vltra terminū ſibi a deo prefixum eſſe victurū: oibus tū languentibus nō incōgrue medemur. Sancti viri iſuper vſi ſunt medicinalibus. nā legimus de ioanne euangeliſta: q̄ exiſtēs in balneis videns cherintū hereticū dixit ſocijs. fugiamus hinc ne balnea corruant in q̄bus cherint⁹ filius diaboli lauatur. Et de hoc habeť. xxiij. q. i. c. oīs. Sanctus inſuper germanus epūs capuan⁹ ad balnea infirmitatis cā acceſſit vt refert grego. in. viij. dyalogorū lib. ſic ⁊ alij ſancti medicinaz nō recuſarūt: quare ad oēm dubietatē amouēdā dicendū eſt. q̄ deus oēs infirmitates ⁊ ſolus ſanat effectiue: tū ſepius agēs p cauſas ſecundas ſiue mediantibus cauſis ſecūdis effectum ſanitatis inducit. Operať quidē deus mediantibus cauſis ſecundis nō de neceſſitate: ſed vt ſeruetur ordo ſue ineffabilis ſapiētie: quamuis igiť preter naturā operari ſemp poſſet ſi vellet tū id raro facit tuz iudicat hoc humane ſaluti expedire. ſi quis igitur medico indigens: cuz poſſet illum habere: expectaret a ſolo deo ſanitatē graviter peccaret: q̄ tētaret deū niſi ſup hoc haberet familiare ꝓfiliū ſpūs ſancti: ſicut habuit btā agatha: erat. n. experta diuinā benivolentiā: vt dicit tho. fa fe. q. lxxxvij. articulo i. in rōne ad tertiū ar. Et ſic patet q̄ lz a deo ſit ſemp ſalus expetenda: ꝓcipaliter tū q̄ medicus eſt inſtrumentū dei ⁊ artifex nature q̄rē dus eſt ⁊ ꝓfulendus atq̄ iurta ipſius documēta ſubueniendū egrotis. Hinc caſſiodorus. vi. lib. epl'aꝝ. epl'a. xviij. ait. inter vtilimas artes: q̄s ad ſuſtentandam humane fragilitatis indigentiā diuina clementia tribuit: nulla videť preſtare aliqd ſimile ei: qō põt auriliatrix medicina cōferre: ipſa. n. morbo periclitantib⁹ materna gr̄a ſemp aſſiſtit: ipſa ꝓtra dolores ꝑ noſtra imbecillitate ꝓſurgit. Et ibi nos nitiť ſubleuare: vbi mille diuitie nulla poteſt dignitas ſubuenire. Juriſperiti palmites habenť q negocia defendūt ſingulorū: ſed quanto glorioſi⁹ eſt defendere vel depellere qō mortē videatur inferre: ⁊ ſalutem egrotanti ꝓmittere: de qua coacti fuerant ceteri deſperare. hec ille. ¶ Secundum dubiū fuit vtrū medici teneanť infirmos ad ꝓfeſſionem inducere. Ad qō rñdeo q ipſi tenenť ſeruare illud qō ſcribiť extra de penitentiis ⁊ remiſſionibus. c. cū infirmitas. vbi ſic habeť. cum infirmitas corporalis nōnunq̄ ex peccato ꝓueniat: dicente dño languido quē ſanauerat. vade ⁊ amplius noli peccare ne deterius tibi contingat. pūti decreto ſtatuimus ⁊ diſtricte precipimus medicis corporū: vt cuz eos ad infirmos vocari ꝓtigerit: ipſos ante omnia moneant ⁊ inducāt: vt medicos aduocent aiaꝝ: vt poſtq̄ fuerit infirmo de ſpirituali ſalute ꝓuiſum: ad corporalis medicine remediū ſalubrius ꝓcedať: cū ceſſante cā ceſſet effectus. vbi dicit io. an. in nouella q̄ ſignanter dicit decretalis nōnunq̄. q̄ nō ſemp ſed aliq̄n. vnde. vii. q. i. gregorius ait. cū pculſio corporalis imineť: vtrū ꝑ vindicta vel purgatione cōtingat iudiciū dei in hoc ignoratur. cōſtitutio igitur illa medicis iniūgiť ex precepto in quacunq̄ infirmitate ſiue mortali ſiue nō mortali Sed dubiū eſt an ſufficiat medicis tū admonere infirmos q̄ vocent ꝓfeſſores quibus cōfiteanť: an etiā requirať q̄ ita inducāt vt etiā ſe quať effectus. ſ. q̄ infirmus ꝓfiteať: alꝫs medicus derelinquat eū. Et de hoc videť ſentire hoſtien. q̄ ſic: ſed dura videť talis opinio cum in piculo ꝓſtitutis quantūcunq̄ ēt obſtinatis ſit ſubueniendū ſm ordinē charitatis. nec textus hoc dicit. ideo petrus de palude dicit q̄ tenenť medici tū ad monendum. ¶ Tertium dubiuz fuit vtrum medici pro infirmoꝝ cura poſſint ſtipendium ſiue ſalarium recipere. Ad quod reſpondetur ex dictis augu. xiiii. q. v. c. non ſanc. q̄ ſic. quia vt dixit chriſtus luce. x. c. dignus eſt operarius mercede ſua: nec ex hoc q̄ medicus

accipit ⁊ petit salarium dicitur vendere scientiam suā vel sanitatē: que spūalia sunt sed locat operas suas ꝓ suo labore habito: tunc vel prius in studendo. nam vt scribit. x. q. ii. c. precarie. Nemo de suo cogit facere beneficiū. Qui autem sancti medici cosmas ⁊ damianus nil susceperint cum curabant infirmos: hoc ideo fecerunt ne viderentur vendere gratiam sanitatum: quia non virtute ⁊ industria humana: sed infusione diuina docti fuerant illam artez ⁊ miraculose sanabant. Sicut etiam helisęus ꝓpheta post naaman curatum a lepra nil temporale accipere voluit. ⁊ giecęi qui ex auaritia precium occulte accepit sine scitu helisei: lepra percussus est vt scribitur. iiii. regum. v. c. Licet igitur moderatū salariū medicis petere ⁊ accipere: quod intelligendū est ab his qui possunt: nam pauperibus nō valentibus soluere, grati debent mederi: ⁊ non se ab eo⁹ cura subtrahere: q⁹ hoc cēt indirecte occidere: mortē enim ꝓ bāt languentibus inferre qui hanc cum potest nō excludit vt dicit Simach⁹ papa. lxxiii. di. c. i. dirimus omnia supradicta tū ad laudē medicoꝝ de quoꝝ numero sanctus lucas fuisse p̄dicatur: tum etiā vt ⁊ superstitiosos dānemus qui dum possunt in suis infirmitatibus medicoꝝ auxilio sanari illos negligunt ⁊ contēnūt: tum insuper vt medicis pauperes ⁊ ipotentes ad soluendum cōmendatos efficiamus.

¶ De virtutibus sancti luce in quo nullū peccatū. s. mortale fuit post conuersionē ad xp̄m: quoniam in eo erat spiritus sanctus: ob quod pscuerauit in scitate vsqꝫ ad mortē. Cap. ii.

Secundū mysterium a nobis contēplāduz de beato luca dī virtuositatis. fuit quidem virtuosus: ideo paulo ⁊ ceteris charissimus: quia cicerone teste. Nihil est amabilius virtute. Quantum verō ⁊ virtuosus ⁊ sanct⁹ extiterit beatus lucas: ondit Hieronymus i ꝓlogo in lucā dicens. Qui lucas discipulus apostoloꝝ fuit q paulū secutus est vsqꝫ ad cōsūmationem eius per martyriū. s. in vbe roma seruiens dño sine crimine: nam neqꝫ vxorem vnqꝫ habens neqꝫ filios: septuagita quattuor annoꝝ obiit in bithimia plenus spiritu sancto: ex quibus verbis colligimus tres conditiones virtutum beati luce.

Prima dicitur puritatis.
Secunda veritatis.
Tertia firmitatis.

¶ Prima conditio dicitur puritatis q⁹ virtutes eius fuerunt sine aliqua admixtione alicuius peccati. Nam inquit Hiero. q⁹ seruiuit domino sine crimine: hoc est sine peccato mortali saltem post conuersionē suā ſm Micholaū de lira. Sed plerīqꝫ dubitant vtrū beatus lucas fuit vnus de septuagintaduobus discipulis christi: vt enim ait damasus papa. lx viii. di. c. Loquēpi. Non amplius qꝫ duos ordines inter discipulos dñi eē cognouimus: id est. xii. apostoloꝝ ⁊ septuagītaduoꝝ discipuloꝝ. Et anacletus papa. xxi. di. c. In nouo testamēto. dicit. videntes autem ipsi apostoli messem esse multam ⁊ operarios paucos: rogauerunt dominū messis vt mitteret operarios in messez suā vnde ab eis electi sunt septuagintaduo discipuli. Et de his dicitur luce. x. c. designauit dñs ⁊ alios septuagintaduos: sicut deus accepit ō spiritu moysi: ⁊ dedit septuagintaduobus viris qui regerent populum cū moyse: vt dī Numeri. xi. c. iste etiam numerus figuratus fuit i septuagintaduabus palmis quas inuenerunt filii israel in deserto. Exodi. xl. c. insuper ille numerus conueniebat septuagintaduabus linguis in quas mundus diuisus est: quibus prędicandum erat euangelium xp̄i. Modo de luca varia est opinio. Nam quidam asserunt euz fuisse discipulum apostoloꝝ ⁊ non domini: ita q⁹ domino prędicanti non adhesit: sed post resurrectionem eius ad fidem venit. Alii autē referunt ipsum fuisse vnum de septuagintaduobus discipulis: quoniā dum narrat apparitionem christi factam duobus discipulis euntib⁹ in emaus nomen vnius. s. cleophe explicat: alterius vero tacet: quod ex humilitate fecit: q⁹ ipse fuerat secundus. Et istud communiter tenēt a doctorib⁹. Et quāuis dicat Hiero. ipsuz discipulū apl̄oꝝ fuisse: hoc est: q⁹ paulo in oib⁹ tribulationibus semp adhesit: ⁊ ab eo nūqꝫ discedēs eidē in p̄dicationib⁹ subsidiū fuit: de q⁹ scōe ad Timotheū. iiii. c. Paulus dixit: lucas ē mecū solus. s. tanqꝫ adiutor ⁊ defensor. ⁊ pe ad Corinthios. viii. c. Ordinatus est. s. lucas ab ecclesiis comes peregrinationis nostre in hanc gratiam que ministratur a vobis. ¶ Secunda conditio virtutum beati luce dicitur veritatis fuerunt quippe in eo virtutes vere: quia charitate informate: quod probatur qm̄ fuit plenus spiritu sancto. Sed hic insistendum est ⁊ disputādū. Vtqꝫ absqꝫ charitate possit eē aliqua vera virtus. Et q⁹ sic videt. nam ꝓsper in li. sententiaꝝ ait. oīs virrtus ꝓter charitatē po

test esse cōis bonis ⁊ malis. Et Piero. xxviij. q. i. §. Ex his inquit virtutibus romani pme/ruerunt imperiū. Nā virtutis est bonuz actū ꝓducere: ⁊ h̄ fieri potest sine charitate. Quis enim antiquoꝝ romanoꝝ gesta virtuosa non reputabit: de quibus tanta laude digna narrā/tur: ⁊ tamē cū infideles eēnt ⁊ ydola colerēt absq; charitate talia facere potuerūt: ex quib⁹ ali/qua exempla delegemus ex multis valerium publicolam Aug⁹. li. v. de ci. dei. de pauptate cōmendat. Is vt valerius recitat li. iiij. finito regio imperio in vrbe initiū ꝓsulatus accepit ⁊ tres ꝓsulatus acceptissime rexit ⁊ tante fuit paupertatis q; patrimoniū eius ad impensas exequiarū defecit. De catone vticēsi ferr̄ q; flo/ruit tanta rigiditate: vt vitia hominum rigide expugnaret ⁊ condēnaret ꝓut refert Boetius li. i. de ꝓsolatione: ⁊ Salustius in catilinario. Quid dicemus de iustitia bruti. de constantia mucij: de ꝓtinentia scipionis: de fidelitate mar/cij regulꝰ: ⁊ de magnanimitate pauli emilij: ac reliquis virtutibus quibus floruerūt antiqui romani vtiq; sine charitate tales virtutes com/plectebaur̄. Sz ꝓtrariū ꝓbari pōt: qm̄ Aug⁹. i glosa ad romanos aīt illud qō notar̄. xxviij. q. i. c. oēs. §. ex his. vbi dicit agnitio eterne ⁊ incō/mutabilis veritatis. Falsa virtus est etiā i op/timis moribus: ⁊ loquit̄ de cognitione ñ solu: intellectiua: sed affectiua que iuncta ē charita/ti. Respōdet ergo scūs tho. 2a 2e. q. xxiij. ⁊ pri/ma 2e. q. lxviij. Ad virtutes morales ꝓut sunt operatiue boni in ordine quantū ad finē q; nō excedit facultatem naturalē hois possunt per opera humana acquiri: ⁊ sic acquisite sine cha/ritate esse possunt: ⁊ sic fuerunt in multis gen/tibus. Scōm aūt q; virtutes sūt opatiue boni in ordine ad vltimu finē supernaturalē: sic pfe/cte ⁊ vere habēt rationē virtutis: ⁊ nō possunt humanis actibus acqri sed a deo infundunt̄. Et huiusmodi virtutes morales: sine charita/te esse nō pñt. Quare sole virtutes ifuse sūt p/fecte ⁊ simpliciter dicende virtutes: quia bene ordināt hominē ad finē vltimum simpliciter. Alie vero virtutes acqsite sūt sm quid virtu/tes nō antē simpliciter q; ordināt oēz ad alt/quē bonū finē particularem nō ordinatum ad bonū vniuersale. ¶ Tertia cōditio virtutū bti luce dr firmitatis. Nam firmiter in illis perse/uerauit: qō nō multi faciunt. Inquit enim Hie/ronymus ad lucianū heremitam. Cepisse mul/toꝝ ē: ad calcē Xo pucnisse paucoꝝ. Btūs ve/ro lucas in via ⁊ lege dñi ꝓficiens iuit de vir/tute in virtutē. Et vt supius dictū ē. lxxiiij. an/num etatis agēs genit in pace. Sed hic dubi/tant nōnulli de numero annoꝝ beati luce: qm̄ Piero. in ꝓlogo in actibus apl'oꝝ alr dicit: vi delicet. Q. lxxiiij. annos etatis agēs in bithi/nia de seculo noscit emigrasse. Miruz ergo q; Piero. ibi dixerit q. lxxiiij. ānoꝝ: hic q. lxxiiij spūm deo dederit. Ad qō rñdēt quida. q; Pie/ro. in ꝓlogo in actus apl'oꝝ computat oēs an/nos sue etatis. In ꝓlogo Xo in luca cōputat annos sue ꝓuersionis ad fidē catholicā: sed h̄ nō videt verisile: qm̄ ante ꝓuersionem fuit ar/te medicus: ⁊ puer. x. annoꝝ nō pōt illam artē scire neq; exercē: q; tñ oporteret dicere sz ustos ⁊ ꝓpterea vt inquit Nicholaus de lira. Alij as/seruerūt ⁊ melius q; varietas illa annoꝝ nō fu/it ex obliuiōe vel ignauia hieronymi. sz potius vitio ⁊ defectu scriptoruz. Igit̄ aut. lxxiiij. aut lxxviiij. annoꝝ erat dū quieuit in pace. Sepul/tus aūt fuit in bithinia. De bithinia refert sic Isidorus li. xiiij. ethi. Bithinia ex pōti exordio ad partē solis occtis aduersa tracie iacet: mul/tis antea noibus appellata. Nā prius bebricia dicta: deinde migdonia: mox a bithino rege bi/thinia nuncupata. Ipsa ē ⁊ maior frigia nico/media vrbs in ea est: vbi hānibal fugiēs vene/ni haustu animā exhalauit. hec Isidorus. Tpe Xo cōstantini ossa bti luce in cōstantinopolim sunt trāslata: deinde vt ferr̄ in italiā deducta: ⁊ padue in eccl'ia scē iustine collocata: brachiuz vero eius oñdit̄ i scā maria maioꝝ in vrbe.

¶ Quantū ꝓfuit eccl'ie dei beatus lucas scri/bendo euangeliū ad quod induxerūt eū volun/tas diuina vtilitas eccl'ie ⁊ falsitas hereticoꝝ.

Capitulum. iij.

Pertium mysteriū a nobis contēplandū de beato luca dr vtilitatis: vberrimum quippe fructum attulit eccl'ie dei nō solum p/dicatione sua qua multos populos attraxit ad christū sz etiā euangelij descriptione. Dc q; ita scripsit paulus 2e ad corinthios. viij. c. Cuius laus est in euangelio per omnes eccles as: qō sz aliqui exponāt de beato barnaba vt dicit Ni/cholaus de lira qui fuit comes peregrinatiōis apl'i cuius laus est in euangelio ab eo predica/to tñ communiter verbum illud de sancto lu/ca alij asserunt intelligendum: cuius laus est in euangelio ab eo descripto: ad illud vero scribē/dū tria induxere eum.

Primū dei voluntas.

Secundum ecclesie vtilitas.
Tertium hereticoꝝ falsitas.
¶ Primū fuit voluntas dei ⁊ instigatio spūs sancti: vnde Hiero. in prologo ait. Cum iam scripta essent euangelia per matthеū quippe i iudea: per marcū in italia: sancto instigāte spū lucas in achaye partibus scripsit euangelium: vnde enim inquit Aug⁹. voluit dñs duos testes habere de visis. s. matthеum ⁊ ioannē. Et duos de auditis. s. marcū ⁊ lucam. Et qm̄ testimoniū qđ est de visis firmus ē ⁊ certus q̄z illud qđ est de auditis: ideo duo euangelia q̄ sūt de visis ponunt extrema: ⁊ alia duo que sunt de auditis ponunt media: vt hec media tanq̄z infirmiora ab illis extremis que sunt certiora hinc inde fulciantur ⁊ roborent. Merito ꝑpterea inualidum est marci ⁊ luce testimoniuz: qr audita non visa referūt: cū illi a quibus audiciunt fuerint qui cū xpo ꝑuersati fuerant ⁊ veritatis defensores falsa nequaq̄z dicere potuissent. Et hoc est q̄ lucas ait in ꝓlogo sui euangelij. sicut tradiderūt nobis qui ab initio ipsi viderunt ⁊ ministri fuerunt sermonis. Credit insuper absq̄z dubio q̄ beatus lucas de multz a virgine virginū instructus fuit. nam ipsa cō seruabat omnia conferens in corde suo: vt illa postmodum scriptoribus referaret. vñ glo. ibidem ait. Dia q̄ de dño vel a dño facta vel dcā cognouit in memoriā recondebat vt cum tps predicande vel scribende incarnationis aduenisset sufficienter vniuersa ꝓut eēnt gesta posset explicare querentibus. Et bernardus assignans rationē quare angelus annūciauit beate virgini conceptū helisabeth inquit. ideo cōceptu helisabeth nunciat marie: vt dū nunc saluatoris nunc precursoris edoceť aduentꝰ rerum tps ⁊ ordinē tenens ipsa postmodū melius scriptoribus predicatoribus euāgelij resceret veritatē que plene de oibus a ꝓncipio celitus fuit iustructa mysterijs. Credit igit q̄ euāgeliste cā de multis interrogabant ⁊ ipsa eos certificabat. Et ꝑcipue tenet de beato luca q̄ ad eā tāq̄z ad archā testamēti recurrit: ⁊ ab ea didicit multa q̄ ipsi virgini soli ostabāt. Sicut mysteria annunciationis natiuitatis ⁊ huiusmodi de quibus lucas solus tractat. ¶ Secundus qđ indurit beatum lucā ad scribendū euāgeliū fuit vtilitas ecclesie. Nam lz matthеus ⁊ marcus vera scripsissent tamē aliqua de xpo omiserant: quoꝝ notitia est valde vtilis: imo necessaria. sicut agnoscere xpi ꝑceptionem natiuitatē cū laudibus ⁊ ingenti lumine ab angelo annunciatā ⁊ huiusmodi que p lucā fuerūt suppleta vt sic quattuor euangeliste i describendo veritatē euāgelij in multis ꝑcordarēt i nullo discordarent: ⁊ tamen singuli aliqua ꝓpria dicerent. ¶ Tertiū qđ indurit beatū lucam ad scribendū euangeliū fuit hereticoꝝ falsitas vt enim refert nicholaus de lira. Quidā pseudo euāgeliste sub noie discipuloꝝ xpi vtpote thome ⁊ matthie scripserūt euāgelia iserētes hēses vt sub noie discipuloꝝ xpi faciliꝰ seducerēt simplices q̄ꝝ falsitas ex descriptōe euāgelij luce deprehenditur: sicut ꝓ alia euangelia a matthеo marco ⁊ ioanne descripta. Et vt Hiero. asserit in ꝓlogo in Actus apl̄oꝝ. postq̄z lucas in achaye partibus euangelium scribēs grecis fidelibus incarnationem dñi fideli narratione ostendit cūdēq̄z ex stirpe dauid descendisse mōstrauit sibi nō imerito scribēdoꝝ apl̄oꝝ actuū potestas ⁊ mysteriuz datur. In ꝓlogo ad hoc in epl̄a ad hebreos Hiero. lucā cōmendat de illius epistole traductione. ait enim hanc epistolam ferť apl̄s ad hebreos ꝓscriptā hebraica lingua misisse. Cuius sensum ⁊ ordinem retinēs lucas euāgelista post excessū bti pauli apostoli greco sermone cōposuit. Tandē Hieron⁹. ad paulinū lucā ita extollit. actus inquit apostoloꝝ nudam quidē videret sonare historiā ⁊ nascentis eccl'ie infantiā texere. Sed si nouerim⁹ scriptorē eoꝝ lucā esse medicū: cuius laus est i euangelio animaduertimus pariť oīa ῥba i. illius aic languētis esse ꝓmedicinā. Et in ꝓlogo Actuum apl̄oꝝ ita Hiero. sequit. lucā ita diuina subsecuta est gratia vt nō solū corporibus sed etiā animabus eius ꝓficeret medicina. Salutat ergo lucas fideles ⁊ credentes in xpm. i. eternam illis oibus salutē croptat quos istruit ⁊ monet doctrina exemplo ⁊ euāgelio scripto vt dñm iesum verbis ⁊ factis ꝓfiteantur: qui a mortuis resurgens videntibus post discipulis ascendit in celū vbi cum suis angelis sanctis ac beatissimo luca viuit ⁊ regnat in secula seculoꝝ. Amen.
¶ Sermo quinquagesimusquartus de beato laurentio martyre qui probatus a deo triplici igne inuentus est sine iniquitate.

IGne me examinasti ⁊ non est inuenta in me iniquitas. Scribuntur hec ῥba psalmo xvj. Satis superq̄z pia est passio beati laurencii

tij que ab ecclesia cū grandi veneratione cele/
bratur:nā inter martyres facit ipsum singula/
rē in iciunio q in vigilia eius statuit iciunan/
dū:in officio adhuc ipsū honorat dū p octauā
de ipso laurentio:sicut t de stephano singulis
canonicis horis eius memoriā facit festumq
illius solēniter obseruandum ac sanctificandū
cunctis fidelibus sub precepto iubet. ¶Propte/
rea in matutinis legit sermo venustissimus bti
augustini qui ait. Cū oēs btōs martyres quos
nobis tradidit antiquitas honorificentia di/
gna veneremur:pcipue tū btm laurentiū mar
tyrē debemus tota deuotione suscipe.hec ille.
Merito itaq hodierna die huius martyr' lau
dibus est incumbēdū:vt sic valeant efficacius
ad illius reuerentiā corda fideliū inflammari.
Quapp de ipso Nba facturi de illius examina
tione t pbatione facta p ignē dicemus.nā in
troducit quasi ad deū loquens laurētius gl'io/
sus in verbis premissis in themate in quibus
triplicē ignē pbationis t examinationis sue
distinguemus ostēdentes q nō fuit in illo in/
uenta iniquitas qui se totū ardentissime obtu
lit saluatori nostro iesu xpo patiens quecunq
dura t seuissima illata sibi supplicia.
¶Primus ignis dicitur diuine dilectionis.
Secundus ignis primalis miserationis.
Tertius ignis tirānice psecutionis.
¶Qualiter btūs laurentius examinatus fuit
igne diuini amoris:t de perfectione diuine di
lectiōis t magnitudine illius precepti:atq de
inductiuis ad amorē dei. Capitulum.j.
¶Primus ignis ī q examiat' ē t pbat' iuēt'
ē absq ōfectu inigrat' btūs laurtēius dī
diuine dilectionis:amor enim dei ignis est de q
dicebat xps Luce.xij.c. Ignē veni mittere ī ter
rā:t qd volo nisi vt ardeat. Et de isto mystice
dixit deus leuiti.vj.c. Ignis in altari meo sēp
ardebit:hic ignis amor dei intelligit:q'iugiter
ardere dz in altari.i.in aia: que aia alta ē eo q
ad imaginē t dei similitudinem creata. Altare
quippe quasi alta res interpretatur:dum ergo
ignis diuini amoris in aia est succensus facit
temporalia cuncta contēnere t deū sūmū bo/
nū diligere super oīa vitāq pītem oī periculo
mortis libenter exponere:sic factū legimus
in beato laurentio vt videbit in sequētib' qui
nec tormēta timuit nec mortē acerbissimā hor
ruit:de q sic inqt Ambro.in sermone hui' dici.
fortissimū martyrē seuissima psecutoris flāma
supare nō potuit q:lōge ardētius veritat' radi
js mens ei' accēsa feruebat. Sz ℞ loco cū loq/
mur de dilectiōe dei tria erunt dubia soluēda.
¶Primū vtrū possit aliqua creatura deū perfe/
cte t totaliter diligere.
Secundū quare preceptū de dilectione dei di/
citur primū t maximū.
Tertiū que sunt illa que incitāt nos vt diliga/
mus sup omnia deum.
¶Ad primū dubiū rūdet tho.fa fe.q.xxiiij.q
pfectio dilectionis pōt dupliciter intelligi vno
modo ex parte diligibilis:alio modo ex parte
diligentis. Ex parte diligibilis perfefecta ē di/
lectio:cū aliquid diligitur quantū diligibile est
deus aūt tm diligibilis est quantum est bonus
bonitas aūt eius est infinita vnde infinite di/
ligibilis est:nulla aūt creatura pōt eū diligere
infinite cū quelibet virtus creata sit finita. vñ
per hunc modū nulla creatura pōt deū perfe/
cte t totaliter diligere. Secundo perfectio dile
ctionis pōt ꝓsiderari ex parte diligentis:t sic
dicitur esse perfecta qñ aliquis ꝫm totū suum
posse diligit:qō quidem cōtingit in dilectione
dei tripliciter. Uno mō sic q totū cor hominis
actualiter semp ferat in deū. t hec est pfectio
dilectionis prime que non est possibilis in hac
vita in qua impossibile est pp humane condi/
tionis infirmitatē semp actu cogitare de deo
t moueri dilectione ad ipsū. Secundo ꝓtingit
vt homo ꝫm suū posse diligat deū:ita vt omne
suum studiū deputet ad vacandum deo t reb'
diuinis pretermissis aliis nisi quantū necessi/
tas vite presentis requirit:t ista ē pfectio dile
ctionis:que est possibilis in via non tū est cōis
omnibus nec oēs obligant ad illā. Tertio ꝓtin
git vt hō ꝫm suū posse diligat deū sic q habi/
tualiter aliqs cor suū ponat in deo:ita.s.q ni/
hil cogitet vl velit qō sit diuine dilectioni ꝯriū
t hec est perfectio cōis oibus possibilis ad quā
oēs tenent. Ex his ꝯcludimus cū dño bonauē
tura in tertio di.xxvij. Q perfectio charitatis
t dilectionis diuine que ī hac pīti vita ex par
te hominū diligentiū deum exigit tm vt exclu
dat oēm affectū ꝯriū nō aūt omnē affectum
extraneū. ¶Secundū dubiū fuit quare prece/
ptū de dilectione dei dicit primū t maximū:si
cut dixit xps matthei.xxij.c. Ad quod rūdem'
q hoc est multiplici ratiōe. ¶Prima q dilectio
dei est vita aie:vnde Deuteronomi.iij.c. dicit
Elige tibi vitam vt tu viuas t semen tuū:dili
gas dīm deū tuum. Et ioānes prima Canoni
ca.c.iij. Qui nō diligit manet in morte. t Apo

calipsis.iij.c.dr de illo.qui sine dei dilectiõe putat se viuere habẽs virtutes alias:nomen hẽs q̃ viuas ⁊ mortuus es.Secunda rõ est q̃ oẽs virtutes absq̃ amore dei sunt imperfecte:nec põt aliquis sine dei amore simpliciter virtuosus teneri:ideo apls ad Romanos.xiij. dixit. plenitudo legis ẽ dilectio.⁊ greg.i homel.igt.nõ hz aliqd viriditatis ramꝰ bõi opis si ñ mãserit i radice charitatis.Tertia rõ ẽ q̃ dilectio dei dũ ẽ i corde rõalis creature faẽ eã ꝓmptã fortẽ ⁊ expeditissimã ad q̃cũq̃ ardua ⁊ difficillia toleranda.ió Brego.in Homelia ait.Amor dei nunq̃ est ociosus:operaꝫ enim magna si ẽ.Si aũt operari negligit amor non est.Et Hiero. ad custochiũ ita scribit. Amemus xpm ⁊ eius semp queramus amplexus:⁊ facile videbiꝫ oẽ difficile breviaq̃ putabimus vniuersa que lõga sunt:⁊ iaculo illius vulnerati p horaq̃ mõẽta dicemus.heu mihi q̃ incolatus meus ꝓlongatus ẽ.Quarta ratio ẽ q̃ dilectio dei magis vnit aiam cũ deo q̃s quelibet alia virtus. vnde apls prie ad Corinthios.vj.c.dicit. Qui adheret deo vnus spũs est cũ deo.⁊ Hugo in li.de arra spõ.dicit. Scio aia mea q̃ dũ aliũ diligis in eius similitudinẽ transformaris.⁊ Augu.sup ioannẽ inqt.Talis est vnusquisq̃ qualis est dilectio sua:si dcũ diligis deus es: si hominẽ hõ:si terram terra.Quinta rõ q̃ dilectio dei magis letificat ⁊ delectat aiam q̃s quecunq̃ virtus.⁊ vt inquit apls ad Romanos.viij. c.Diligentibus deũ oia cooperanꝫ i bonũ:q̃ i pspitate ⁊ aduersitate sẽp sũt i leticia.iõ btus iacobꝰ de tudecto dicebat,. Amore diuino amore,amore che nõ sey amato amore la tua amicitia e piena di delicia nõ cade may in tristicia lo cor chi te ha assagiato. Tertiũ dubiũ fuit q̃ sunt illa que nos incitant vt diligamus deum super oia:⁊ hꝫ sint mlta tñ nos dicemꝰ de gnq̃.

Primũ est scriptura.
Secundum est factura.
Tertium creatura.
Quartum gratia.
Quintum amicitia.

Primum est ipsa scriptura:vnde Deuteronomi.vj.c.scribiꝫ.Audi israel dñs deus tuꝰ vnꝰ est:diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo: ex tota anima tua ⁊ ex tota fortitudine tua.Et eiusdem.xj.c.Ama dñm deũ tuũ.⁊ Matthei. xxij.Marci.xij.⁊ Luce.x.Diliges dñm deum tuum ⁊ primũ tuũ sicut teipsum.In his duobus preceptis tota lex pendet ⁊ prophete. Secundum quod nos inducit vt diligamus deum est factura quia ipse fecit nos. Si enim naturaliter amat filius patrem a quo habet partem corporis sui:quanto magis amare debet deum qui corpus ⁊ animam fecit.Jõ sapiens Ecclesiastici.vij.ca.ait.In tota anima tua dilige eum qui te fecit. Nam si diligenter quis attendat quantum est beneficium quod illi deus tribuit dum corpus dedit vtiq̃ dignum amore censebit.Quot enim sunt membra in corpore tot dei beneficia inueniuntur ⁊ magna. Et pro minimo membro plus debetur homo amare deum q̃s ament eum multi pro cunctis beneficijs que ab eo receperunt. Si quis enim amiserit oculum:quantũ amaret eum qui sibi restitueret. Et si quis meruisset amittere eum:quantum diligeret illum qui sibi oculum conseruaret. Non minus ergo amandus est qui eum ab initio dedit ⁊ datum conseruauit cum sepenumero vtendo illo contra deum eum amittere meruerit homo. Sic referre possumus de singulis membris. Et si tantum amandus est qui dedit ꝯcorpus:quanto fortius qui dedit animam. Clamant igitur omnia que in homine sunt a deo facta. Ama deum. Clamant oculi:ama deum. Clamant aures:ama deum. Clamat lingua:ama deum.clamant dentes:ama deuꝫ.clamant manus:ama deum.clamant pedes:ama deum.clamat ratio ama deum.clamat memoria:ama deum. clamat intellectus:ama deum. clamat voluntas ama deum:quia ab ipso sunt omnia.Ob quod Bernardus inquit. Valde omnino mihi amãdus est per quem sum:viuo ⁊ sapio. Tertium quod nos inducit vt diligamus deum est omnis creatura.ait enim de hoc Augu.lib.x.cõfessionũ. Celum ⁊ terra ⁊ omnia que in eis sunt: ecce vndiq̃ mihi dicunt vt te amem: nec cessant dicere omnibus vt sint inexcusabiles. Ꝺupliciter dicunt creature nobis vt deum amemus.vno modo ostendendo cuꝯ dignissimum amore nostro.Bonitas enim vniuersitatis creaturarum ostendit creatorem esse optimuꝫ:⁊ iõ amore dignissimum.Alio modo dicunt nobis vt amemus deum exhibendo nobis tot innumera beneficia.Mã terra ⁊ fructus eius aqua ⁊ pisces maris. Aer ⁊ volucres celi. Ignis ⁊ claritas solis: ⁊ splendor stellarum ⁊ lune: ⁊ omnia alia que homini prestant:non cessant suo modo homini dicere.Ama deũ:ama deuꝫ ama deum:qui cuncta ad vsum tuum ordina-

uit. Quartū qō nos inducit vt diligamus deū est gratia. s. nobis tributa: cū deus p nobis incarnatus trigintatribus annis cū cibus puersando pati pro nobis voluit famē: sitim: frigꝰ: calorē: & tandem subijt iugum grauissime crucis in qua sanguinem fundens morte preciosa genus humanum redemit. Mā si puerulum ipsum in presepio nascentē inspicimus: audimꝰ illum dicentē. amor tuus o aia facit me deū celi carne vestituꝝ hoc vili loco teneri. Si pānis inuolutum vel vagientez in cuna: aut herodis iram pegrinando in vlnis matris fugientē miramur. Mor & ipse rīdet. O aīa mea amor tuus ad hec oia me compellit. Si singulos eius actus subtiliter meditamur oēs ab amore ardentissimo emanare videmꝰ. Quid plura vincula: sputa: ludibria: verbera: cōtumelie: derisiones: flagella: corona spinea: crux: claui: spongia: lancea. nōne suo modo sonum faciunt amoris. O insensibilis rōnalis creatura. O mens ferrea omni adamante durior. O deuqz ingratissima aīa quā nō inflāmant nō adurūt xpi iesu amoris incendia. ꝓpter hec oia bernardus i li. de diligendo deū ait. Quid retribuā dño p oībus que retribuit mihi. in primo opere me mihi dedit: i secūdo se & vbi se dedit me mihi reddidit: datus ergo & redditus me p me debeo & bis debeo. Quid deo retribuā pro sc: nā etiā si me miles rependere possem quid sum ego ad dñm. Et idem super Can. Super oia reddit te mihi amabilē bone iesu calix quē bibisti: opus redemptionis nostre hoc amorē nostruꝝ facile vendicat: totū sibi hoc inquam est quod nostrā deuotionē & blādius allicit & iustiꝰ exigit & artius stringit & afficit vehementius. Et iterum in sermonibus Bernar. dicit. O duri & idurati filij adam quos nō emollit tāta benignitas tā ta flāma tā ingēs ardor amoris tā vehemens amator: qui p vilibus sarcinulis tā preciosas merces expendit. Quintū p nos icitat ad amorē dei & amicitia. dc solo quippe deo certi cē valemus: & si cū diligimꝰ nobis sit fidelis & verus amicus. Alij vero amici inueniunt triplici ter infideles. ¶Primo qz aliqñ nō amāt lz amēt sed nō sic ē de deo qui ¶Prouerbioꝝ. viij. c. ait. Ego diligētes me diligo. & dc hoc xps dixit io ānis. xvij. c. Qui diligit me diligeť a pre meo: ego diligā cū. Scōo qz multi sunt amici tpe p speritatis & in aduersitate deficiūt: ideo sapiēs Ecclesiasticꝰ. vj. c. ait. ē amicus sm tps suū: & ñ pmanebit in tēpore tribulationis. Sed non sic est i deo de quo dr in psalmo. Juxta ē dñs his qui tribulato sūt corde & quāuis amicos suos & eoꝝ vtilitatez flagellari sepe permittat: illos tñ nunqz deserit quos in tribulatione ꝓfortat. Certo pleriqz amant amicos dū viuūt sed in morte inimici efficiuntur: mortuos expolian tes & bona eoꝝ pauperibus dispensanda tanqz lupi rapiētes. Sed deus spūm a corpore exeuntem ad se suscipit: illūqz delicijs ac diuitijs eterne vite facit participē. Cōsiderans oia su pradicta beatus laurentius patriā. s. hispaniaz & parentes reliquit: terrena oia calcauit spreuit qz hereditatem: cū filius fuisset vt aiunt nobilissimi ducis: atqz beatū sixtū papā secutus romā vsqz peruenit: ibi a bto sixto factus est archidiaconus: qui tanto fidei ęlo ductus fuit: vt nec cōminatōes nec ꝟbera dura nec ignis i cēdiū horreret. Jō Ambro. i hmōc sic scripsit ō illo. ardebat extrinsecus martyr laurentius tirāni scuientis incendijs: sed maior illū intrinsecus christi amoris flāma torrebat.

¶Qualiter beatus laurētius ꝓbatꝰ fuit igne ꝓmalis miserationis: & an possit elemosyna dari absqz charitate: & si fieri potest dc illicite acquisitis: & quomodo pōt causare spiritualez effectum. Capitulum. ij.

Secundus ignis quo examinatus est & ꝓbatus inuentus absqz crimine beatꝰ laurentius dicit ꝓmalis miserationis: nam ad primos misericors fuit: quibus thesauros ecclesie dispensauit: nā vt recitat in legēda. Tē pore beati sixti philippus iperator: & filius suꝰ noie philippus fidē xpi receperāt: & ecclesiam sublimare plurimū intendebāt. Regnauit aūt iste philippus anno millesimo ab vrbe cōdita: vt millesimus rome ānus xpo potꝰ qz ydolis dicaret: q annus millesimus fuit a romanis cū ingēti ludoꝝ & spectaculoꝝ apparatu celebratꝰ. Erat āt cū philippo iperatore miles qdā noie decius: quē misit in galliā vt eā rebellātē ipe rio romano subiugaret. Qui pergens cū exercitu ꝓspere cūcta gessit: victoriqz ad. vrbē redibat. audiēs imperator eius aduentū honorare cū vo. ēs eidē a roma vsqz veronā obuius iuit nec videri dz cuiqz durū hoc qō dicit dc verona: quasi vellet eā nouam forte ciuitatē: quoniā vt in cronica ricobaldi scribit tpe tarquinij p sci quinti regis romanoꝝ: condite fuerunt in italia agallie vrbes. s. mediolanū bixia verona vincentia. decius igitur ambitione imperij papilionē imperatoris latenter introiuit & dor

mientē dñm ingulauit.attraxit autē exercitus
ꝫ illos qui cū imperatore venerant prece pcio
ꝫ muneribus:atq; cum eis ad vrbē gradu cito
ꝓperauit.audiens hoc philippus iunior vehe
menter extimuit:ꝫ totum thesaurum patris ꝫ
suum btō fixto ꝫ sancto laurentio cōmendauit
vt si ipsum a decio interfici cōtingeret thesau
rum ipsū ecclesijs ꝫ pauperibus erogarēt:nec
te moueat q; thesauri quos laurentius dispen
sauit:nō dicunt thesauri imperatoris sed eccle
sie q; potuit cē q; cum ipsis thesauris philippi
aliquem etiā thesaurum ecclie dispensauit:vel
forte ideo dicuntur thesauri ecclie q; philipp⁹
eos reliquerat ecclesijs dispensandos. Senat⁹
ergo obuiā decio ꝓcessit ꝫ ipsū in imperium
ꝓfirmauit: ne vero ꝑditorie sed ẓelo ydolatrie
dñm suū occidisse videret xp̄ianos cepit crude
lissime persequi adeo vt multi martyrio coro
narent inter quos et philippus iunior annu
meratus fuit:post hoc oblatus est decio bea
tus sixtus tanq; qui xp̄m coleret ꝫ imperato
ris thesauros haberet:tūc decius in carcere re
cipi ipsū iussit donec per illata tormēta ꝫ the
sauros ꝑderet ꝫ xp̄m negaret.beatus autē lau
rentius ipsū ꝑsequēs:post cū clamabat:quo ꝑ
grederis sine filio pater:quo sacerdos sancte si
ne ministro ꝓperas. Tu nunq; sine ministro
sacrificium offerre ꝓsueueras.Quid in me dis
plicuit paternitati tue:nunqd degenerē me ꝓ
basti:experire certe vt; idoneum minist̄ū cle
geris cui cōmisisti dominici sanguinis dispen
sationē.Cui btūs sixtus dixit:nō ego te desero
fili neq; te derelinquo:sed maiora tibi debent
ꝓ fide xp̄i certamina:nos quasi senes leuio
ris pugne cursum recipimus:te aūt quasi iuue
nem manet glorioſior de tirāno triumphus.
post triduū me sequeris sacerdotem leuita:de
ditq; ei oēs thesauros precipiens vt ecclesijs ꝫ
pauperibus erogaret . Qui xp̄ianos diligēter
die ac nocte quesiuit ꝫ vnicuiq; ꝓut opus fue
rat ministrauit oēsq; pauperibus dispensauit
ideo ecclesia cantat de eo id psalmiste qō pon
tur.ij.ad Corinthios.viij.c.dispersit dedit pau
peribus iustitia eius manet in seculum seculi.
Que verba ponderanda sunt dispersit enim dō
q; pluribus cōdiuisit ꝫ nō vni:dispersit ꝫ non
auare retinuit:dedit ꝫ nō vendidit dedit libe
re sine spe mercedis lucri aut cōmodi aut obse
quij temporalis dedit nō dandum post mortē
dereliquit pauperibus.s.xp̄i nō parentibus nō
diuitibus:ideo iustitia eius manet in seculū se
culi:q; merces iustitie eius est eterna:vt expo
nit nicholaus de lira. Sed quia hoc loco elemo
syna btī laurentij tam sublimit̄ magnificat li
bet tria de ipsa dubia disputare.

¶Primum vtrū elemosynā dare sit actus cha
ritatis.

Secundum vtrū elemosyna fieri possit de illi
cite acquisitis.

Tertium vtrum elemosyna corporalis habeat
spiritualem effectum.

¶Ad primum dubium posset quis dicere ar
guendo.Q; actus charitatis nō potest cē sine
charitate:sz largitio elemosyna; potest cē sine
charitate:igit nō erit actus charitatis.naz pri
me ad Corinthios.xiij.c.apl's dixit.Si distri
buero in cibos paupertum oēs facultates me
as charitatem aūt nō habuero nihil mihi pro
dest.Ad hoc rñdet tho.ſa ſc.q.xxxij.Q; aliqd
dicit esse actus virtutis dupliciter:vno modo
materialit sicut actus iustitie est facere iusta :ꝫ
talis actus pōt cē sine virtute:nā multi nō ha
bentes habitū iustitie operant iusta:vel ex na
turali rōne:vel ex timore:vel ex spe aliquid adi
piscendi.Alio modo dr aliqd esse actus virtu
tis formaliter sicut actus iustitie est actio iusta
co modo quo iustus facit.s.prompte ꝫ delecta
biliter.Et hoc modo actus virtuz non est sine
virtute.ſm hoc ergo dare elemosynā materia
liter pōt esse sine charitate.dare vo elemosy
nam formal'r id est ꝓpter deum delectabil'r ꝫ
prompte ꝫ omni co modo quo delectet:nō est
sine charitate elemosyna quidez est opus quo
datur aliqd indigēti ex cōpassione ꝓpter deū.

¶Secundū dubium fuit vtrū elemosyna fieri
possit de illicite acquisitis.Ad hoc rñdet Tho.
vbi supra.q; aliquid potest dici triplicit illicite
acquisitum.Vno modo illud quod illicite ab
alio accipitur ꝫ debetur ei:nec potest ab eo qui
accipit retineri:sicut contingit in rapina furto
ꝫ vsuris ꝫ de talibus cum homo teneatur ad
restitutionem elemosyna fieri non potest.Se
cundo modo est aliquid illicite acquisitum :q;
ille qui acquisiuit retinere nō potest:nec tamē
debetur ei a quo acquisiuit.s.q; contra iustitiā
accepit ꝫ alter contra iustitiam dedit . Sicut
contingit in symonia in qua dans ꝫ accipiens
contra iustitiam legis diuine agit:vnde nō de
bet fieri restitutio ei qui dedit. Sed debet i ele
mosynas erogari:ꝫ eadem ratio est i similibus
in quibus scilicet datio ꝫ acceptio est contra le
gem.¶Tertio modo est aliqd illicite acqsitum

non quidem quia ipsa acquisitio sit illicita: sed quia id ex quo acquiritur est illicituz. Sicut patet de eo quod mulier acquirit per meretriciuz ⁊ hoc ꝓprie vocatur turpe lucrum. Quia enz mulier meretricium exercet turpiter agit ⁊ cõtra legem dei. Sed in eo q̃ accipit non iniuste agit nec contra legem vnde licite retineri potest ⁊ de eo elemosyna fieri: nõ tamen sit de tali lucro oblatio ad altare. iuxta illud Deuteronomi. xxiiij. c. Non offeres mercedem prostibuli in domum dei tui: tum propter scandalũ: tũ propter sacroz reverentiã. ¶ Tertium dubiuz fuit vtrum elemosyna corporalis habeat spiritualem effectum. ⁊ arguitur q̃ non. Nam effectus non est potioz sua causa: sed bona spiritualia sunt potiora corporalibus: non ergo elemosyna corporalis habet spiritualem effectuz Secundo multiplicata causa multiplicat effectus. Si ergo elemosyna corporalis causaret spiritualẽ effectũ: sequeretur q̃ maioz elemosyna magis spiritualiter proficeret. Nõ est cõtra id quod saluatoz dixit Luce. xxj. c. de vidua ponente duo era in gaçophilatiũ. Videt tho. vbi supza: q̃ elemosyna corporalis põt triplicit cõsiderari. Uno modo ſm suam substantiam ⁊ ſm hoc non habet nisi corporalem effectum in quantum. ſ. supplet corporales defectus proximoz. Alio modo potest considerari ex parte cause eius inquantum. ſ. aliquis elemosynam dat ꝓpter dilectionem dei ⁊ proximi. Et quantum ad hoc affert fructum spiritualem: vnde sapiens Ecclesiastici. xxix. c. ait. Elemosyna viri gratiam hominis quasi pupillã conseruabit Tertio potest considerari ex parte illius cui datur: ⁊ sic habet spiritualem effectum inquantũ scilicet ꝓximus cui per corporalem elemosynã subuenitur mouetur ad orandum pro benefactoze. Ad primum itaq̃ argumentum dicẽdũ q̃ ratio illa ꝓcedit de corporali elemosyna ſm substantiam. Ad secundum vero dicitur q̃ vidua que minus dedit ſm quantitatem plus dedit ſm suam proportionem: ex quo pensat i ipsa maioz charitatẽ affectꝰ: ex q̃ charitate elemosyna corporalis spiritualem efficaciã hẽt. Igit beatus laurentius ex hoc maxime cõmẽdatur quia totus charitate succensus thesauros pauperibus dispensauit. Nec obstat q̃ sui nõ erãt quos si voluisset potuisset pro se retinere: cum etiam si semper illos possedisset: adhuc distribuisset pauperibus ꝓpter diuinum amoꝛem.

¶ Qualiter beatus laurentius examinatus est igne tirãnice persecutionis ⁊ de gratia constãtia ⁊ gloria beati laurentij. Capitulũ. iij.

Certus ignis quo examinatus est beatus laurentius: ⁊ nõ est inuenta in illo iniquitas impaciẽtie: dicitur tirãnice persecutionis: nam decius persecutus est cum vsq̃ ad mortem: quam ipse letanter ꝓ xp̃o suscepit: de hac tamen illius persecutione considerare debemus tria.

Primo gratiam.
Secundo constantiam.
Tertio gloriam.

dus dicēdi ē: ꝙ dupliciter ē loquí de tētatione: aut sub ratione ꝓpria: ⁊ sic tentatio est impulsus ad illicitum: ſm ꝙ de ea fit sermo in ꝓposito. Loquimur. n. hic de tētatione diaboli: que fit per mali culpe ſuggestionē: qua diabolꝰ hominē ad malū nititꝫ incuruare: nō de tentatiōe dei que fit ꝑ flagellationē illam: ergo tentationē ꝑ ſe ꝓsideratā: nullus debet appetere: imo abhorrere ⁊ refugere maxime ꝓsiderando finez Aliter ē considerare tentationē ꝓut est materia exercende virtutis: ⁊ sic a viris iustis desiderari pōt: ab eis potissime qui in charitate fermēt: adeo ꝙ ignis deotōis ipoꝝ potiꝰ iflāmaꝫ ex pūtia cōtrarij ꝗ extinguiꝫ. Ab eis autē qui modice sunt charitatis nō sic desiderari debet Et exēplum ē qꝫ ventus pflans fornacē magis ⁊ magis accendit sed candelā extinguit. Et iō tētationis impulsus: ⁊ si quantū in ſe ē refugiendus sit ab oibus: ⁊ ab infirmis potissime. In quantū tñ est virtutis exercēde materia a viris feruentibus ⁊ pfectis apperi pōt. Illud tñ genus tentationis potissime appetunt viri iusti qō est in flagelloꝝ perpessiōe. Sicut passus est iob ⁊ thobias ⁊ sancti martyres ab impijs ꝯelo diabolico excitatis. Et ꝙ hec soluunꝫ obiecta ad vtranꝫ partem: ꝙ tentationū itaqꝫ semitam nos ire cōuenit: qꝫ regnū ꝯeloꝝ vim patitur: ⁊ violēti rapiunt illud: sicut Matth. xij. c. saluator dixit. Sz ꝑfecto dolendū ē qꝫ rarissimi reperiunꝫ: quos diabolus non subegerit. O q̄ magna multitudo coꝝ q dereliquerūt deuz ⁊ diabolo adhesrunt: omnes declinauerunt, ꝙ maiori parte: ⁊ inutiles facti sunt: nec est q velit perseueranter facere bonū. Antonius vero beatissimus a demonibus multimode tētatus illos sprecuit vt audiemus in sequēti mysterio Et quia firmiter adhesit xp̄o: demonibus superatis aggregatus fuit societati iocūdissime angeloꝝ bonoꝝ.

¶ De quattuor modis tentationū quibus diabolus conatus est antoniū superare. Cap. ij.

Secundum mysterium cōtemplandū de tentatione beati antonij: dr̄ modificationis. Quattuor nanqꝫ modis diabolus eū inuasit: querēs illū a virtutū amore reuocare.

Primus dr̄ naturalis affectionis.
Secundus carnalis stimulationis.
Tertius corporalis flagellationis.
Quartus argenti ⁊ auri ostensionis.

¶ Primus modus quo diabolus antoniū inuasit fuit naturalis affectionis: qua inclinabatur sororem suam diligere ac seipsum: vt enim narrat beatus Athanasius episcopus qui vitā eius descripsit. Antonius nobilibus parentibus in egypto natus est: tanta suoꝝ nutritꝰ cura: vt nihil aliud ꝓter parentes domūqꝫ cognosceret: ⁊ cuz iam puer esset nō se lr̄is erudiri: nō inepris infantiū iungi passus est fabulis Ad ecclesiā cum parentibus sepe conueniens totum se deuotioni ꝓsebat: post mortem autem parentum: cum esset annoꝝ. xx. cum sorore admodū paruula derelictꝰ: ⁊ domꝰ ⁊ soroꝛ hōestā curā gerebat. Veruntamen vt saluatorem imitaretur in illa etate floꝛēti: vēditis omnibus ⁊ pauperibus dispensatis: paruis ꝑ sorore seruatis: sorore fidelibus ac deuotis virginibus cōmendata: ad dei seruitium se cōtulit. Cunqꝫ vigilijs oratiōnibus ⁊ ieiunijs insisteret: volens diabolus illum accepto instituto retrahere: imittebat ei memoriam possessionum sororis defensionem: generis nobilitatez: amorem rerum: fluxam seculi gloriam: esse variam delectationem: ⁊ reliqua vite remissiois blandimenta: postremo virtutis arduum finem: ⁊ maximum perueniendi laborē: necnō ⁊ coꝛporis fragilitatem: ⁊ etatis spatia ꝓlixa: Antonius vero omnia oratione sua fidei a suo coꝛde penitus expellebat. ¶ Secundus modus q̄ diabolus antonium impugnabat dicitur carnalis stimulationis. Consueta quidē aduersus omnes adolescentes arma suscipiēs: nocturnis cum inquietabat illecebris. Conabaturqꝫ cogitationes sordidas inserere. Et antonius eas oratu submouebat assiduo. Ille tntillabat sensus carnis ardoꝛe. Hic fide ac ieiunijs coꝛpus omne vallabat. Ille per noctes in pulchꝛe mulieris vertebatur oꝛnatum: nulla dimittens figmenta lasciue. Hic vltrices gehenne flāmas ⁊ doloꝛem vermis recoꝛdans: cogitationibus libidinum obijciebat. Ille lubꝛicum adolescentie iter ⁊ ad ruinam facile propōebat. Hic eterna futuri iudicij tormenta considerans: illesaz anime puritatem seruabat. Ac postremum hostis ille malignus qualis est merito talē se demonstrabat. Apparebat enim puer horꝛidus atqꝫ niger: ad eius genua se prouoluens: ⁊ quasi deflendo dicens. Multos seduxi: plurimos decepi: nunc autem tuo sum laboꝛe superatus Quem cum interrogasset antonius quis esset: ait. Ego sum fornicationis amicus. Ego qui a te semper sum passus repulsam. Cum hec audisset antonius gratias agens deo. Aduersa-

rio rñdit. Adultum despectibilis es: multũq; vilis. Nam ⁊ obscuritas tua ⁊ etas infirma ✠ signa sunt rerum: nulla mihi iam de te cura ẽ. dominus mihi adiutor: ⁊ ego despiciam inimicos meos. Et statim ad vocem canentis fantasma quod videbatur euanuit. Antonius vero confortatus magis ac magis suum corpus animę fuit uti subdebat. ¶ Tertius modus q̃ diabolus tentauit antonium dicitur corporalis flagellationis. Nam volens antonius artiorem ducere vitam: ad sepulchra quedã remota ⁊ solitaria prexit: vni fratrum de cognitis mandans: vt statutis diebus sibi alimenta deferret. Et cum in vna tũba marmorea supradictus frater cum clausisset: solus ibidẽ morabat metuens autem diabolus ne accessu temporis heremum habitari faceret: ita cum aggregatis satellitibus suis varia cede lacerauit: vt doloris magnitudo motum aufferret ⁊ vocẽ. Maz ⁊ ipse postea referebat vulnera fuisse tam grauia: vt vniuersa hominum tormẽta superarẽt. Sed die sequenti is frater quem supra diximꝰ venit cibos afferens consuetos. Et fractis foribus inuenit eum in terra iacentez quasi mortuum: ⁊ humeris impositum ad villule domicilium reportauit: quo audito ingens vicinoꝝ atq; affiniũ multitudo ꝓcurrẽs triste i medio positi funeris offm reddebat. Et iaz media noctis parte decursa omnium oculos deuicerat sopor. Tunc antonius anima paululum redeunte suspirans eleuauit caput: ⁊ postq; ceteris dormientibus cum a quo delatus fuerat vigilare cõsperit: nutu aduocãs obsecrauit vt nullo penitus excitato ad pristinũ se referret habitaculũ. Relatus ergo iurta morem solus iterũ permanebat: ⁊ stare quidem ꝓpter recẽtes plagas non poterat. Orans vero prostratus post orationem clara voce dicebat. Ecce hic sũ ego antonius: nõ fugio vestra certamina. Tunc sonitus repentinus increpuit: ita vt loco fundit⁹ agitato: ⁊ parietibus patefactis multifaria demonũ crinde turba se funderet. Nam ⁊ bestiarum ⁊ serpentum formas inducentes: oẽm protinus locũ repleuerunt fantasijs: leonũ: tauroꝝ: lupoꝝ: aspidum: scorpionum: vrsorum: ⁊ pardorum. Et hec singula fm suam fremebãt naturam. Antonius vero inimicos deludens dicebat. Si viriuz aliquid haberetis sufficeret vnus ad prelium. Si dominus vobis me i potestatem dedit: ecce presto suz deuorate. Si vero non poterstis: cur frustra nitimini? Deniq; cum leuasset oculos vidit desuper culmen aperiri ⁊ deductis tenebris radium ad se lucis ifluere. Post cuius splendoris aduentum: nec demonum aliquis apparuit: ⁊ corporis dolor cõtinuo cessauit. Edificium quoq; qõ paulo ante dissolutum videbatur: instauratum est. Illico presentiam domini intellexit antonius: ⁊ ex imo pectoris trahens longa suspiria dicebat. Vbi eras o iesu: vbi eras: quare a ꝓncipio nõ affuisti vt sanares vulnera mea: Et vox ad eũ facta est: Antoni hic eram sed expectabam videre certamen tuum. Nunc autem quia viriliter dimicasti semper auxiliabor tibi: ⁊ faciã te in omni orbe nominari. his peractis ⁊ corpore ⁊ animo mirabiliter cõfortatus est. ¶ Quartus modus quo diabolus tentauit antonium dicitur argenti ⁊ auri ostensionis. Volẽs nãq; antonius mutare locũ contendit ad montẽ ⁊ heremi adhuc monachis ignotꝰ: rupto metu viam conatus est pandere. Sed nec tunc cessauit importunus aduersarius. Nam argenteuz discum in itinere proiecit. Quo viso antonius diaboli cognouit astutiam: stansq; intrepidus ⁊ discum totus intuens oculis: iter se dicebat vbi hic in deserto discus? auium hoc iter ẽ: nulla sunt vestigia commeantium: lapsus de sarcina pre magnitudine latere non potuit. Sed qui perdiderat reuersus ad solitudines locoruz inuenisset ꝓfecto qõ suum fuerat. hoc artificium diabole tuum est: argentum tuũ tecum sit in perditione. hec illo dicente discus vt fumus euanuit. Dehinc ingentem massam auri iacentem in itinere conspexit: at ille rapido cursu q̃si quoddam vitaret incendium ad montez vsq; perrexit: vbi flumine transuiadato iuenit castellum desertum: plenum ob tempus ⁊ solitudinem venenatoꝝ animalium. In quo se constituens nouus hospes habitauit. Statimq; ad eius aduentum ingens turba serpentũ q̃si persecutorem passa profugit.

¶ De quattuor excellentissimis prerogatiuis beati antonij. In quibus manifestatur gloria eius: quam habuit etiam in hoc mundo.

Capitulum. iij.

Certium mysterium contemplandũ de tentatione sancti antonij dicitur coronatio. Coronauit quippe illum deus non solũ in celesti regno gloria ⁊ honore. Sed etiam in hoc mundo admirandis prerogatiuis ex quibus nos quattuor precipue decurremus.

¶ Prima dr corporis conseruatio.

Secunda mentis illustratio.
Tertia mundialis cōmotio.
Quarta sancta consūmatio.

¶Prima prerogatiua sancti antonij dicitur corporis conseruatio. Nam vt asserit athanasius cum post viginti annos in solitudine eractos inuentus esset: tam ab his qui ꝓpositum eius imitari cupiebant: q̄ ab alijs amicis t notis obstupuerūt vniuersi: t oris gratiam t corporis dignitatem: qō nec per quietez intumuerat: nec ieuunijs demonūq; certamine decorez amiserat: que in eo sine dei gratia fieri minime potuissent. Secunda prerogatiua beati antonij dicitur mentis illustratio. Nam lz litteras non didicerit: mira tamen sagacitate pollebat ingenij t venustate dicendi. Aliquando philosophi duo gentiles venerunt ad eum putantes antonium se posse decipere: quos cum vidisset paganos intellexit ex vultu. Et procedēs ad eos per interpretem ita dicere cepit. Quare tam longe stultum hominem sapientes visitare voluerunt. Illis dicentibus non esse illū stultum sed nimium sapientem: vigilanter respōdit. Si ad stultum venistis superflu⁹ labor vester est: si autem putatis me sapientez esse: t sapientia bona est: imitamini que probatis: quia bona conuenit imitari: si ego ad vos venissem vos imitarer. Sed quia vos ad me quasi ad sapientem venistis: estote christiani sicut t ego sum. Abscesserunt philosophi vtrunq; mirantes t acumen ingenij t elegantiam loquendi. Alios quoq; mundi sapientes qui eum irridere cupiebāt: quia litteras ignorarent: tali disputatione colliganit dicens. Respōdete mihi qd prius est sensus an litere: t quidez cuius ero⁊dium est. Sensus ex litteris: an litere oriuntur ex sensu? Illis assentibus quia sensus esset auctor litterarum ait. Igit cui sensus incolumis est hic litteras non requirit. Obstupuerunt illi tantam in viro dei sagacitatem animi admirantes. Quid plura claruit t spiritu prophetico: t diuinas reuelationes habuit: sicut patet i exemplis sequentibus. Virgo quedam que a tripolitane regiōis ciuitate busiride erat: morbo paralisis grauissime vexata a parentib⁹ ad antonium adducebatur. Erant autem in eorū societate monachi quidam qui iter ostendebāt. Illi vero monachi noluerunt puellaz vsq; ad antonium perducere: sed eam cum parentibus dimiserunt apud beatum confessorem monachū pannuciū: q effosso ꝓ xpō oculo sub maximiano persecutore: tali dehonestamēto corporis plurimū gloriabatur: pueneruīt itaq; monachi ad antonium. Cui q̄ de puelle morbo referre disponerent: relationem eorum senis sermo preuenit: t omnē debilitatis t itineris vsq; ad sanctum pannuciū causam: quasi ipse interfuisset exposuit. Rogantibus autem eū monachis vt parentibus cum filia permitteretur ingressus: non consensit: sed ait. Ite t inuenietz puellam curatam. Et adiecit: nullus debet ad meaz humilitatē venire: quia largitio curationū nō est humane misericordie: sed ieſu xpi q vbiq; in se credentibus prestare consuenit auxilium. Quāobrē t illa p⁊o qua petistis suis precibus liberata est. Et cū ego orarē ad dominuz mihi presentia sanitatis eius indulta est. Exeuntes igitur monachi foras ad beatum pannuciuz t filiā sospitem t parentes letos inuenerūt. Mō multos autem post dies cū duobus fratribus eūtibus ad antoniū: aqua in itinere defecisset: vt vno siti mortuo: alter iaceret in terra mortē expectās. Antonius sedens ad se duos monachos vocat: q forte ibidē sunt reperti: precepitq; vt lagenā aque assumentes: inuaderēt iter qō ducit ad egyptū: diritq; vnus e fratribus huc aduenientibus mō migrauit ad dñm: alter si nō occurritis addet: hoc. n. mihi nūc oranti reuelatum est. Statim monachi festinantes ertictuz corpus inueniūt: terraq; id operientes alteruz refocillatū suo iūxere comitatui: dei nāq; iudiciū fuit vt vnus moriret: alter supuiueret. hoc tū i antonio mirabile ē: q⁹ i mōte remotissimo sedens rē illā dño indicāte cognouit. Alio rursus tpe cū sederet i mōte t oculos subito leuasset i celū vidit quādā aiaz letātib⁹ i eius occursū āgelis ad celū pgere. orauitq; vt rei pūtis agnitio pāderet: t stati vox ad eū fcā ē: igēt istā ē Amus monachi animā: q nitrie morabatur. Erat autē Amus vir grādeuus qui a pueritia vsq; ad senectutem domino in sanctitate seruierat: dierum quoq; tredecim a nitria locus i quo sedebat antonius diuidebatur. Videntes ergo cum admirantur monachi qui venerant deprecati sunt vt causam hilaritatis ediceret. Quibus ait Amū quieuisse: quē illi optime nouerant. At illi notauerunt diem: t venientib⁹ de nitria fratribus post dies triginta scisitantes reppererunt ꝙ illo die illaq; hora Amus dormierat: qua animam eius ferri senex antonius viderat. Sepe etiam ad se venientiū turbaz ante dies t menses t cās dixit t tempora

¶Tertia prerogatiua beati antonij dicit mundialis cōmotio. In tantum.n. sanctitatis eius nomen resplēduit: vt etiā pagani t idolox sacerdotes ad eum videndum conuolarent. Cōstantinus vero augustus t eius liberi: Cōstās atq; constantius famam eius audiētes crebro ad eum quasi ad patrē missis litteris obsecrabāt: vt reciprocis eos scriptis exhilararet. qui ad susceptas epl'as cōuenienter rescripsit: laudauit primū q xpm colerent: deinde salutaria persuasit: ne magnā putarēt regiam potestatē ne pītis carnis imperio tumentes se hoies eē nescirēt. Ad postremū clemētie circa subiectos t iustitie cure ḡq; inopū admonuit: atq; vnuz sēpiternū esse regē omniū seculox iesum xpm epistolis testatus est. His principes susceptis litteris letabant. Cōfluebant ad eum multi vt doctrina t exēplo illius edificarēt. Alij vt orationibus eius sese cōmitterent: atq; sic multi a demonibus obsessi liberabant: t a varijs infirmitatibus sanabant egroti. Archelaus comes rogauit cum vt oraret pro policratia que i laodicia erat admirabili t xpo dedita virgine: patiebatur enim pessimos stomachi t lateris dolorez: quos ieiunijs nimijs vigilijsq; contrarat: t erat penitus tota debilis corpore. Orauit antonius: t dicm quo oratio erat facta annotauit. Archelaus redijt laodiciā inuenit virginem incolumē percunctatus die sanitatis reperit eo tpe fuisse a dolorib liberatā: ḡ orās antonius p ipsa bonitatē saluatoris inuocauit.

¶Quarta prerogatiua sancti antonij dr sancta consūmatio. Cum enim cētū quinq; annorum esset: predixit monachis sui corporis dissolutionem iam iminere. Cūq; mediocre incommodū senia membra turbasset: post exhortationis verba grauissima: vocatis ad se duob⁹ fratribus qui sibi familiares erant. Vos inqt humo tegite: vos patris operite corpusculū. Et illud quoq; scnis vestri custodite mandatuz: vt nemo pter vestrā dilectionē locum tumuli noverit: cōfidite in domino: q; necessario resurrectionis tempore: hoc corpusculum: resiliet icorruptum. Vestimentox autē meox sit ista diuisio: melotem t paliū tritum cui supiacco athanasio cpo date: quod mihi nouū ipse detulerat Serapion aūt cpus alium accipiat melotem: vos cilicinum habetote vestimentum: t valete viscera mea: antonius enim migrat: t iam nō erit in pīti seculo vobiscum. verba finierat t osculantibus se discipulis extendens paululuz pedes: mortem letus aspexit: ita vt ex hilaritate vultus eius angelox sanctox qui ad perferendam animam eius venerant pītia noscere tur. Seruauerunt mandata discipuli t inuolutum corpus humo operuerunt. Hic fuit antonij magni terminus vite: cuius anima gaudet in celis: Nos vero deuotione ardentissima illum venerari conemur: vt sic eius interuenientibus meritis peruenire valeamus ad illā gloriam in qua iesus filius dei viuit t regnat per infinita secula seculox. Amen.

¶Sermo sexagesimustertius de liberalitate sancti gregorij pape: propter quā deo t hominibus se amabilem exhibuit.

Hilarez enim datorem diligit deus. Doctoris gentium verba sunt ista originalr se ad Corinthios. viiij. c. Dat deus pijssim⁹ pr creaturis beneficia sua affluenter: t non improperat: vt Jacob⁹ asserit primo. c. sue Cano. ¶Propterea diligit illos qui eum imitari conant. est enim similitudo amoris causatiua. Et vt ingt Seneca in tertio de beneficijs. Magni animi est t magnifici iuuare prodesse: qui dat beneficia deos imitat. Cum autem hoc ex liberalitate ꝓueniat: ideo gregorius diuitias quas possidebat liberalissime dispensauit. Est autem liberalitas que hominem non tm deo sed etiaz hominibus amabilē reddit. Vnde Tulius in primo de officijs ait. Quanq; ois virtus nos ad se allicit: facitq; vt eos diligamus: in quib⁹ ipa esse videatur: tamē iustitia t liberalitas id maxime efficit. ¶Propterea beatum gregoriū commendare cupiētes de ipsius liberalitate in pīti sermone dicemus. Ob ipsam nanq; dilexit eum deus: quia vidit eum hilarem in donādo De cuius liberalitate tria mysteria ꝓponim⁹ contemplanda.

¶Primum dicit oppositionis.
Secundum determinationis.
Tertium retributionis.

¶Qualiter beatus gregorius opposuit liberalitatem vitio auaritie. Et quare liberalitas ē virtus: cuius officium est donare. Et quomodo ē pars iustitie. Capitulum.j.

Primum mysterium contemplandum de liberalitate beati gregorij dicit oppositionis. Oppositum nanq; illaz auaritie que mater est t radix cūctoruz malorum. Vnde Tulius in secundo de officijs dicebat: nullū vitiuz

deterius q̄z auaritia: t p̄sertim in p̄incipib⁹ t rempublicam gubernantibus. Et Martialis cocus ait. Non sibi nec alijs prodest dū vivit auarus. Et Sallustius i catilinario inquit. Auaritia fidem t probitatem ceteraſq bonas artes subuertit. Et Valerius libro nono. Auaritia est latentium indagatrix lucrorum manifeste prede vorago auidissima: neq habēdi fructu⁹ felix t querendi cupiditate miseria. Et itez Sallustius in catilinario. Auaritia pecunie studium habet quam nemo sapiēs amauit vl cōcupiuit: hec quasi malis venenis imbuta corpus animumq virilem effeminat: semper infinita insaciabilis est: neq copia neq inopia minuitur. Contra istam insaciabilem bestiam voluit beatissimus gregorius liberalitatis scuto se munire. Veruntamen vt pars ista iocundius expediatur tria dubia declaremus.

¶Primum vtrum liberalitas sit virtus.

Secundum vtrum ad liberalem maxime pertineat dare.

Tertiū vtrum liberalitas sit pars iustitie.

¶Ad primum dubium respondet Tho. 2a 2e q. cxvij. q sicut dicit Augustinus in libro de libero arbitrio. Bene vti his quibus male vti possumus: pertinet ad virtutem. ¶Possum⁹ autem bene t male vti: non solum his que intra nos sunt. s. potentijs t passionibus anime. Sz etiam his que extra nos sunt. s. rebus hui⁹ mūdi concessis nobis ad sustentationem vite. Et ideo cum bene vti his rebus pertineat ad liberalitatem consequens est vt liberalitas virtus sit. Est enim liberalitas vt dicit Aristoteles q̄r to ethicoz: medietas quedam circa pecunias. Vnde ad liberalem pertinet emissiuum cē. vnde t alio nomine liberalitas largitas nominatur. quia quod largum est non est retentiuum: sed emissiuum quare materia liberalitatis remota est ipsa pecunia: t quicquid pecunia mensurari pōt. Mā vt dicit Aristo. iiij. ethico. ¶Pecunias esse dicimus omnia quoz dignitas nummismate mensuratur: materia vero propiqua sunt passiones interiores fm quas homo afficitur circa pecuniam. Et ideo ad liberalitatem precipue pertinet: vt homo propter inordinatam affectionem ad pecuniam non prohibeatur a quocunq debito vsu eius. Est autem duplex vsus pecunie: vnus autem ad seipsum qui videtur ad sumptus vel expensas ptinere. Ali⁹ autem quo quis vtitur ad alios quod pertinet ad dationes: vt videbitur in sequenti dubio.

Is ergo liberalis est qui neq propter immoderatum amorem pecunie impeditur a conuenientibus expensis: neq a conuenientibus dationibus. Ideo Aristo. dicit q circa dationes t sumptus liberalitas consistit. Sed hic oritur difficultas vtrum liberalitas sit maxima virtutum:: t sic posset probari. nam homines maxime amantur t honorantur propter virtutez Sed Aristo. dicit in quarto ethico. q inter virtuosos maxime liberales amantur: ergo liberalitas est maxima virtutum. In contrarium videtur esse auctoritas ambrosij: qui in primo de officijs ait. Justitia excellentior videtur liberalitate: sed liberalitas gratior. Et Aristo. in tertio rhetorice inquit. Fortes t iusti maxime honorantur: t post eos liberales. Dicendum ita q fm Tho. q quelibet virtus tendit in aliq̄ bonum: vnde. quanto aliqua virtus in melius bonum tendit tanto melior est. Liberalitas autem tendit in aliquod bonum dupliciter: vno modo primo t per se: alio modo ex p̄sequenti. ¶Primo quidem t per se tendit ad ordinandaz propriam affectionem: circa pecuniarum t possessionum vsum. Et sic fm hoc p̄fertur liberalitati temperantia que moderatur concupiscentias t delectationes pertinentes ad ppriū corpus. Et etiam liberalitati p̄ferunt: iustitia t fortitudo que ordinantur ad bonuz cōmune. Vna in tempore pacis: altera in tempore belli. Et omnibus p̄ferūtur virtutes que ordinantur ad bonum diuinum. Nam bonuz diuinum p̄eminet cuilibet bono humano: t in bonis humanis bonum publicum p̄eminet bono priuato. In quibus bonum corporis p̄eminet bono exteriorum rerum. Alio modo ordinatur liberalitas ad aliquod bonum ex consequenti. Et fm hoc liberalitas ordinatur in omnia bona predicta. Ex hoc enim q homo non est amatiuus pecunie: sequitur q de facili vtatur ea: t ad seipsum t ad vtilitatem aliorū t ad honorem dei. Et fm hoc habet quandam excellentiam ex hoc q vtilis est ad multa: quia tamen vnūquodq magis iudicatur fm illud quod primo t per se competit ei q̄z fm id qđ consequenter se habet. Ideo dicendum est liberalitatem non esse maximam virtutum. Ad argumentum vero respondendum: q liberales maxime amantur: non quidem amicitia honesti. s. vt meliores: sed amicitia vtilis: quia sunt vtiliores in exterioribus bonis: que cōmuniter homines cupiunt. Et propter cāde etiā causaz

clari redduntur. ¶ Secundum dubiū fuit vtꝝ ad liberalem maxime pertineat dare. Et q̄ sic patet per Aristo. qui dicit in. iiij. ethico. q̄ liberalis est superabūdare in datione. Ratio ē q̄ ꝓprium est liberalis vti pecunia: vsus autē pecunie est in emissione ipsius: nam acquisitio pecunie magis assimilat generatiōi q̄ vsui. Emissio autē alicuius rei quāto fit ad aliquid distātius tanto a maiori virtute procedit. Sicut pater in his que ꝓiciunt. Et ideo ex maiori virtute procedit q̄ aliquis emittat pecuniam dando eam alijs q̄ expendendo eam circa seipsum. ꝓprium est autem virtutis vt precipue tendat in id quod perfectius est. Nam virtus est perfectio quedam: vt dicit in. vij. phisicoꝝ. Et iō liberalis maxime laudat ex datione. Quare iurisconsulti donationem liberalitatem vocant: sicut patet. C. de donationibus. l. si donatio. l. si auia. ⁊. l. si patri. ff. mandati. l. idemq̄. §. finali. Et debet esse donatio ex liberalitate non in necessitate: quia in necessitatibus nemo liberalis existit: ⁊ donari videtur q̄ nullo iure cogente conceditur: vt. ff. de donationibus. l. donari. debet etiam qui donat donare de suo non de alieno. Vnde Cato in oratione in catilinā: quam Sallustius recitat ait. Jam pridez equidē nos vera vocabula rerum amisimus: quia bona aliena largiri liberalitas: malarum rerum audacia fortitudo vocatur. Nec ad liberalitatē spectat donare meretricibus: ⁊ histrionib⁹: vt. C. de donationibus. l. donationibus. ⁊. lxxvj. di. c. qui venatoribus. el ꝑz el fo. ¶ Tertium dubium fuit vtrum liberalitas sit pars iustitie: ⁊ q̄ sic videtur ex verbis ambrosij: qui in primo de officijs ait. Justitia ad ꝓsocietatem generis humani refertur. Societatis enim ratio diuiditur in partes duas iustitiā ⁊ beneficentiam quam quidā benignitatem aut liberalitatē vocant. Et si obijceretur: quia iustitia respicit debitum: liberalitas aūt non. Rñdet tho. q̄ liberalitas ⁊ si nō attendat debitum legale: qō attendit iustitia: attendit tñ quoddā debitū morale: quod attenditur ex quadā ipsius decentia nō ex hoc q̄ sit alteri obligatus: vnde minimū habet de ratione debiti. Nam dator nō obstātibus omnibus quadaꝝ vrbanitate donare debet quasi ex debito. vñ in. c. i. de donat̄. dicit textus. hāc sibi q̄dam mō nobilitas legē imposuit: vt debere se qō spōte tribuit existimet. Ad hec instaret aliquis: ꝓuenienter dare ꝓtinet ad bñficentiā ⁊ misericordiā: q̄ ꝓtinēt ad charitatem: ergo liberalitas magis est pars charitatꝫ q̄z iustitie. Ad hoc dicit tho. q̄ datio beneficij ꝓcedit ex eo q̄ homo est aliqualiter affectus circa pecunias dū eas nō ꝓcupiscit neq̄z amat sed delectabiliter exponit: vnde nō solū amicis sz etiā ignotis dat qñ oportet: sz ergo liberalitas a iustitia differat: per hoc q̄ iustitia alteri qō ē eius: liberalitas autem exhibet quod ē suū: habet tñ quandā cū iustitia ꝓuenientiam. q̄ ꝓncipaliter est ad alterum: sicut ⁊ iustitia sz fm aliā rationē. Ex ꝓdictis dicere possumus: q̄ qui liberalis est voluntariā paupertatē non horret: ex qua vere diuitie ⁊ animi libertas sequunt. Vnde Valerius libro quarto ait. Locupletem fabricium faciebat nō multa possidere sed pauca desiderare. Liberalitas etiam ad charitatez ad misericordiā ad beneficentiam: ⁊ ad magnifica queq̄z inclinat: atq̄z disponit. Sicut clarius in sequenti mysterio apparebit: in quo liberalitas beati gregorij plenius explicabitur.

¶ Qualiter beatus gregorius propter liberalitatem exposuit pecunias ad construenda monasteria ⁊ subuenit pauperibus ⁊ egenis: atq̄z peregrinos ⁊ pauperes benigne cibauit.

Capitulum. ij.

Secundum mysterium contemplandū de liberalitate beati gregorij dī determinationis: in quo videre debemus in quo determinate consistit liberalitas beati gregorij. Et quamuis posset ostendi q̄ multa sint que liberalitatem gregorij illustrant: illa tamen precipua sunt tria.

Primū est magnifica dispensatio.
Secundum pia largitio.
Tertium benigna cibatio.

¶ Primū qō illustrat liberalitatem beati gregorij dicitur magnifica dispēsatio. Ab ipsa q̄ppe liberalitate prouenit magnificentia que est ꝓspecialis virtus: vt docet Aristo. Et Tho. 2a 2e. q. cxxxiij. Et vt Cicero ait in sua rhetorica. Est magnificentia magnarum rerum ⁊ excelsarum cum animi ampla quadam ⁊ splendida ꝓpositione cogitatio atq̄z administratio. Cogitatio autem refertur ad interiorem intentionem: Administratio vero ad exteriorem executionem. ꝓpterea inquit Aristo. in. iiij. ethicoꝝ q̄ non omnis liberalis est magnificus. s. quantum ad actum: quia desunt sibi ea quibus vti necesse est ad actum magnificum: tamē omnis liberalis hz habitū magnificentie vel actū vel in ꝓpinqua dispositione. Et vt ait tho. Marc

rie magnificentie possunt dici ⁊ ipsi sumptus quibus vtitur magnificus ad opus magnum. Et ipsa pecunia qua vtit ad sumptus magnos faciendos ⁊ amor pecunie quem moderat magnificus ne sumptus magni impediant. Hec magnificentia in beato gregorio effulsit. Qui stirpe senatoria genitus ex pfecto ordiano ⁊ matre silvia cū sunumū philosophie apicez in ipsa sui adolescentia attigisset ac rerum ⁊ divitiaꝝ copia plurimum abundaret cogitauit oia descrere ⁊ in religionem se transferre: ⁊ patre orbatus sex monasteria in sicilia construxit: ⁊ septimum intra menia vbis in honorem sancti andree in ꝓpria domo fabricauit: in quo relictis sericis auro gēmisqz radiantibus vili monastico habitu tegebatur: vbi ad tantam perfectionem in breui deuenit vt in ipso suc̄ pcessiōis initio posset iam in pfectoꝝ numero cōputari ¶ Secundū qō illustrat liberalitatē beati gregorij dr pia largitio. Nam ls largiri elemosynas sit actus charitatis. vt inquit tho. 2a 2e. q. xxxij. tamen pertinet ad liberalitatem inquantum liberalitas aufert impedimentum huius actus quod esse posset ex superfluo amore divitiaꝝ ꝓpter quem aliquis efficit numis retentius earum. Ideo Aristo. dicit. iiij. ethi. q dare aliquid ꝓpter bonū est actus liberalitatis. igit beatus gregorius in quolibet suo statu ad largiendum elemosynas pijssimus erat. Quadaz autem vice dum in quodā suo monasterio: vbi abbas erat scriptitaret angelus dñi in specie naufragi affuit sibiqz misereri lacrymabiliter postulauit. Cui cū gregorius ser argenteos dari precepisset: eadem die iterum rediit seqz multa perdidisse pauca recepisse perhibuit: qui cuz ab eo totidem argenteos recepisset. Iteruz tertia die reuersus misereri sibi importunis vocibus ⁊ clamoribus postulabat. Sed cum gregorius a procuratore sui monasterij didicisset nihil dari posse preter scutellam argentcā quam mater sua cū liguminibus mittere solebat illā statim dari precepit: quam ille libenter accipiens letus abscessit. Hic vo angelus dei fuit: vt in sequentibus declarabit. Dñ vero pontificalem honorem fuit assecutus: nō solū presentibus sed etiam longe positis ⁊ in monte sinay monachis necessaria ministrabat. Nomina i super indigentium scripta habebat ⁊ eis liberaliter subueniebat. Monasterium hicrosolymis instituit: ⁊ dei famulis in illo degētibus necessaria mittere procurabat. Tribus quoqz millib⁹ ancillis dei ꝓ q̄tidianis stipēdijs octoginta libras auri ānualiter offerebat. ¶ Tertiū qō illustrat libalitatē bti gregorij dr benigna cibatio. Quottidie nāqz in sua mēsa pegrinos quoslibet iuitabat. Inter quos die quadā vn⁹ accessit in cuius manib⁹ dū ipse ex humilitate aquā fundere vellet ꝓcrsus vrceū accepit. Sz repēte cū in eius manib⁹ aquā effundere volu it: mox euanuit. Cūqz hoc factū secū ipse miraretur: eadē nocte dñs ꝓ visionē dixit: ceterꝫ diebus me in mēbris meis: hesterno aūt die me i memetipso suscepisti. Alio āt tpe pcepit cācellario vt duodecim pegrinos ad prādiū invitaret: qui pergens iussa cōplenit: dū aūt sim vl diūberēt intuens papa tredeciz numerauit ⁊ accersito cancellario: cur ꝑ iussionē suā tredecim inuitare ꝓsūpserat reqsiuit: ꝗs cācellarius numerās tm duodeciz inueniēs ait. Erede mihi ñ sūt nisi duodeciz: ⁊ aiaduertit gregor⁹ vir ꝓ pius discūbētē vultū crebro mutare ⁊ nūc adolescētē: nūc vo sibi vetulū venerāda ēdā cani cie simulare. Finito aūt puiuio illū in cubiculū induxit vehemēter adiurās: vt ei se nomencqz suū sibi ꝓdere vellet. Qui rñdēs ait. ⁊ qd ē q̄ interrogas de noie meo qō ē mirabile. Verūtn scito q ego sū ille naufragus cui scutellā argētcā tribuisti: quā tibi miserat cū leguminibus mater tua. Et ls tibi ꝓ certo sit cognitū: q ab illa die q̄ mihi sic fecisti pdestinauit te dñs ficri eccl'ie suc̄ ꝑsulē ⁊ petri apl'i successorem. Cui Bregorius. Et tu quomodo hoc nosti. At ille qñ angelus sum: ⁊ me tibi dñs nunc remisit: vt te semp debeā ꝓtegere: ⁊ omne qō petieris per me apud ipsuz valeas impetrare: statimqz ab eo disparuit.

¶ Q deus multipliciter magnificauit beatuz gregoriū ꝓpter liberalitatē. Capitulum. iij.

Tertiū mysterium cōtemplandū de liberalitate bti gregorij dr retributio. Noluit quidem deus retribuere sancto Bregorio abundantem mercedem: quia non vult de liberalitate a nobis superari. Iccirco cum magnificauit precipue in tribus.

¶ Primo in assumptione.
Secundo in eruditione.
Tertio in cōmendatione.

¶ Primo magnificauit deus beatū gregoriū in assūptione. Nam cum electus fuisset ab omni plebe pontifex maximus mortuo ¶ Pelagio papa fugere voluit. Et cum non posset propter ea quia die noctuqz ꝓpter eum portas vbis

romani custodiebant: mutato habitu a quibusdam negociatoribus obtinuit: vt in quodam dolio super quadrigaz de vrbe educeretur. qui mox siluas expetijt t cauernarum latibula requisiuit: ibiqz tribus diebus latuit. Verūtamē dū die sollicite quereret: colūna lucis ꝑfulgida a celo dependens super locum i quo latitabat apparuit. In qua colūna angelos ascendentes t descendentes quidaz reclusus aspexit. Moxqz ab vniuerso populo capitur trahitur t sūmus pontifex consecratur. ¶ Secundo magnificauit deus beatum gregorium in eraudītiōe illam eraudiuit illuz pro trayano deprecantez sicut scripsi in quadragesimali nostro in tractatu de iustitia dei. Exaudite insuper fuerūt preces illius: dum pestis vrbem crudelissime deuastaret. Ordinauit enim tunc quodam paschali tempore ꝓcessiones cum letanijs per ciuitatis circuitum fieri. Dum vero deportaret imago beate virginis quam beatus lucas depinxerat. Ecce tota aeris infectio t turbulentia imagini cedebat ac si ipsā imaginē fugeret: t ei⁹ ꝓsentiam ferre non posset. Sicqz post imaginez mira serenitas t aeris puritas remanebat. tūc in aere iuxta imaginem audite sunt voces angelorz canentium. Regina celi letare alleluia: quia quem meruisti portare alleluia. Resurrexit sicut dixit alleluia. Stantiqz btūs gregorius qō sequit adiunxit. Ora ꝓ nobis deum alleluia. Tunc gregorius vidit sup castrū ꝓcrescētij angelū dñi qui gladiū cruentatū detergens in vaginā reuocabat. Intellexitqz gregor⁹ q⁹ pestis illa cessasset. Et deinde castrū illud castruz sancti angeli est vocatum. Amplius qz grate fuerunt deo orationes eius oīdit angelus qui sibi in missa clara voce rndit. Cum.n.in die pasce apud sanctam mariam maiorē missam celebraret: t pax domini pronunciaret. Angelus domini alta voce respondit. Et cum spū tuo. Vnde papa apud illam ecclesiam in die pasce stationem facit: nec sibi cum dicit pax domini in huius miraculi testimonium respondetur.

¶ Tertio magnificauit deus beatum gregorium in cōmendatione. Tēpore nanqz eius fuit quidā heremita vir magne virtutis qui oia reliquerat ꝓpter deū: t nihil ꝓter vnam gattā possidebat. Cui blandiens crebro: quasi cohabitatricem in suis gremijs refouebat. Orauit ergo ad dñm vt sibi ostēdere dignaret: cū quo future remunerationis mansionem sperare deberet: qui illius amore nihil ex seculi diuitijs possideret. Quadam ergo nocte sibi reuelatur vt cum gregorio romano pontifice mansionē sibi sperare deberet. At ille fortiter ingemiscēs paz sibi voluntariā paupertatē ꝓfuisse putabat: si cum eo remuneratione recuperet: q tātis mundanis diuitijs abūdaret. Cū ergo gregorij diuitias sue paupertati die noctuqz suspirando conferret. Alia nocte audiuit deum sibi dicentem: cum diuitem non possessio diuitiaz faciat: sed cupiditas. Cur audes paupertatem tuam gregorij diuitijs comparare: qui magis illam gattam quam habes quottidie palpādo diligere cōprobaris qz ille tātas diuitias quas non amando sed contēnendo: cunctisqz liberaliter largiendo dispergit. Itaqz solitarius deo gratias retulit: t qui meritum suuz diminutū putabat: si gregorio compararetur: orare cepit vt cum eo mansionem quandoqz acciperc meretur. ꝓpter liberalitatem itaqz suaz aliasqz virtutes tandem ad celestia regna deus illum perduxit. Cum eniz sedisset annis tredeciz mēsibus sex t diebus decem: plenus operibus bonis migrauit a corpore: accepitqz coronā eterne vite: ad quam nos perducat iesus benedict⁹ filius dei. Amen.

¶ Sermo seragesimusquart⁹ de misericordia sancti martini confessoris.

Bai miseretur pauperi beatus erit. Scribuntur hec verba originaliter ꝑ Prouerbi. xiiij. c. Ad laudem sancti martini cōfessoris assumpta. In collegio confessorū in maxima veneratione hꝫ a cūctis xp̄icolis btūs martin⁹: nā t eccl'ia festū ei⁹ statuit quātū ad opez cessationē solēnit fore seruādū: t offm illi⁹ cū igēti sono ei⁹ noīs celebrat: qō i plerisqz eccl'ijs vsqz ad diem octauū ꝓtrahit: ꝓpterea dignū t rōnabile ē i solēnitate illius laudibus cū ꝓsequi: qb⁹ possum⁹ In q̄ t si multe virtutes crimie Ve pstiterit: nihilomin⁹ misericordia valde sydus radiātissimū fulsit: iccirco i hꝫ mōc sub titulo de misericordia crimus Vba facturi. Ob quā de ipso gl'iosissimo sancto dicunt Vba i themate posita. In q bus tria mysteria ꝓponimus cōtemplāda.

Primū dicit acceptationis.
Secundū exaltationis.
Tertiū glorificationis.

¶ De cōmēdatione misericordie: t de his q̄ inducunt nos ad illā: atqz de misericordia sancti martini. Capitulū.j.

Primū mysteriū contemplandū de misericordia bti martini dr acceptiōis: ꝓpter illam etenim fuit acceptus deo. Sz vt melius partē istā ptranseamus tria sūt ꝓsiderāda
¶Primū dicit cōmendatio.
Secundum inductio.
Tertium dilatatio.
¶Primū qō occurrit ꝓsiderandum de misericordia dr cōmendatio: quantū.s. misericordia in scriptura cōmendat. Sed prius quid sit declaremus. Et ad hoc dicit sanctus tho. Fa fe. q. xxxj. sequendo damascenū in scdo li. t aug. li. xiiij. de ci. dei. Misericordia ē cōpassio miserie alterius. i. passio aliene miserie i nr̄o corde. Et est ꝓprie ad altez nō ad seipsum: nisi ꝑm quādam similitudinē. nā ad se ipsū nō est ꝓprie misericordia: sed dolor. puta cū patimur aliqd̄ crudele in nobis. Ita etiā si sint alique persone nobis cōiuncte: vt sint quasi aliqd nostri puta filij vel parentes in quib malis nō miseremur: sz dolemus sicut in vulneribus proprijs. Et ꝟz b phus dicit gnto ethicoꝝ. Quę est expulsiuū miserationis. Misericordia itaqz ꝓut dicit tristitiā de alienis malis sepissime i scriptur̄ laudatur: vñ Zacharias. vij. c. ait. Hec dicit dñs exercituū. Judiciū vez iudicate: misericordiaz t miserationes facite vnusqsqz cū ꝓximo suo Et sapiēs ¶Prouerbioꝝ. xxj. c. Facere misericordiā t iudiciū magis placet dño qꝫ victime. Et Ecclesiastici. iiij. c. Esto pupillis misericors vt pater t ꝓ viro matri illoꝝ: t eris velut filius altissimi obediens: t miserebit tui. Et Osee. vj. c. Misericordiā volo t non sacrificiū. Et sapiens ¶Prouer. xiiij. c. Honorat deū q miserē pauperis. Et dauid in psal. centesimo. xj. Jocundus homo q miseret t cōmodat. Et paul⁹ ad Ephesios. iiij. c. Estote inuicē benigni misericordes. Et ¶Petrus prima sua Canōica. c. iij. Oēs vna nimes i oratione estote cōpatientes fraternitat̄ amatores misericordes modesti hūiles. Et ambro. lxxxvj. di. ca. In singulis misericordia plenitudo virtutū ē. Et Hiero. lxxxvj. di. ca. Qui clementiā nō hz: nec indutus viscera misericordie: etiā si multū spūalis sit nō adimplet legez christi. Et Aug̃. in. xiiij. de ci. dei. inquit. Lōge melius t humani⁹ t pioꝝ sensib⁹ accomodati⁹ Licero in cesar̄ laude locutus ē vbi ait. Nulla de virtutibus tuis nec admirabilior nec gratior misericordia. Et saluator noster Luce. vj. c. Estote misericordes sicut t pater vester celest̄ misericors est. Et Matthei. v. c. Beati misericordes: quoniā ipsi misericordiaz consequent̄
¶Secundum qō occurrit ꝓsiderādū circa misericordiā dr inductio. Sunt quippe multa q̄ nos inducūt vt misericordes simus. Et ꝓmuz est ꝓncipij nostri vnitas. Sum⁹. n. oēs ex vno patre t vna matre. Vñ aug̃. lib. de disciplina xp̄iana ait. Si putamus nō ee ꝓmos: nisi q de eisdē parentibus nascunt̄: Adam t euam intendamus: t oēs fratres sumus. Est adhuc in nobis fraternitas spiritualis inquātū sum⁹ ex vno patre deo t vna matre eccl̄ia. Scdm qō nos inducit ad misericordiā est nature ꝓformitas. Oēs quippe hoies eiusdē speciei sunt atqz nature. ¶Propterea dicebat Jsaias. lviij. Cum videris nudū operi eū: t carnē tuā ne despexeris. Tertiū est dei erēplaritas. Eius. n. est ꝓpriū misereri: vt ꝟz in omni scriptura vtriusqz testamēti: sicut in q̄dragesimali nostro scripsi i sermone de misericordia dei. ¶Tertium considerāduz de misericordia dr dilatatio. Ad ipsā nanqz dilatauit cor suū btūs martinus: q compassus ē triplici ꝓximoꝝ necessitati.
¶Primo tpali.
Secundo corporali.
Tertio spirituali.
¶Primo cōpassus est btūs martinus ex misericordia necessitati ꝓximoꝝ tempozali: duz. n. esset adhuc catheccuminus in adolescenti etate Quodaz hiemali tpe ꝑ portā ambianensium transiens: pauperē quēdā nudū obuiū habuit: qui cum a nullo elemosynā accepisset. Martinus hunc sibi ꝓuatum ītelligens. arrepto ense: q̄ militie deseruiebat clamidē suam diuidit: t partem tribuens pauperi: tm̄ reliqua rursus q̄ supererat induitur. Sequēti igit̄ nocte xp̄z clamidis sue que pauperē texerat parte vestitum vidit: ipsū qz ad circūastātes angelos sic loquētem audiuit. Martinus adhuc catheccuminus hec me veste cōtexit. Vñ vir sanctus, nō i gloriā est elatus: sed dei bonitatem cognoscēs: cū esset annoꝝ. xviij. baptiçari se fecit. Atqz ad instantiā t importunitatem tribuni sui ꝑ biēniū militauit. Deide relicta militia ad' sanctū Jlarium pictauiensem ep̄m prexit: a quo fuit acolit⁹ ordinatus. Legit̄ adhuc in dyalogo seueri t gallī discipuloꝝ beati martini. q martinū in quadā festiuitate ad ecclesiā tendentē dū ep̄us erat: pauper quidam nudus secutus est. Martinus autem precepit archidiacono: vt egentē vestiret. Sed cum hoc ille facere distulisset: ingressus martinus secretarium tunicam suam

illā tribuit ⁊ cōtinuo abscedere iussit. Cū ergo archidiaconus moneret vt ad solēnia pagēda ꝓcederet ille de se loquēs rndit: se ire nō posse donec paup vestē accipiat. Archidiacon⁹ vo nō intelligens. q; cū extrinsec⁹ cappa tect⁹ eēt: ipm nudū interius non videbat: pauperē non adesse rndit. At ille. Mihi ingt vestis deferat ⁊ pauper nō deerit vestiendus. Compulsus ille ad fo; vadit: ⁊ quinq; argēteis tunicā vilē ⁊ curtā rapiēs ātē pedes martini irat⁹ ꝓcit. Quā ille secreto iduit cuius manice vsq; ad cubitū ⁊ longitudo vsq; ad genu ꝓtēdebat. ⁊ sic missam celebraturus ꝓcessit. dū aūt missam celebraret globus igneus sup caput eius apparuit: a multis ibidē visus erat. ¶ Scdo compassus est beatus martin⁹ ex abundāti sua misericordia proximo; necessitati corporali. Mā inter cetera de ipso narrat. q; parisius leprosū quendā horribilem satis obuiū habuit: quem osculat⁹ est atq; bñdixit qui statim mūdat⁹ ē.

¶ Tertio cōpassus est martinus necessitati ꝓximo; spūali. Mā peccatores ad pñiam hortabat: quos ad pñiaz ꝓcersos cōpassionis sinu recipiebat. Cū aūt diabol⁹ ipz reprehenderet. Cur semel lapsos ad pñiam recipet. Rndit. Si tu ipse o miserabilis ab hominū infestatōe desisteres ⁊ te factor tuo; peniteret: ego ꝓfisus ī domino tibi eius misericordiam pollicerer.

¶ Qualiter deus exaltauit beatū martinum quē voluit in maria veneratōe ab hoīb⁹ haberi: atq; timeri a demonibus ⁊ clarere miraculis. Capitulū secundum.

Secundum mysterium ꝓplandum de misericordia beati martini: dr exaltatōnis ꝓpr̄ iam quippe ceteraq; virtutes ei⁹ fuit a deo exaltatus maxime in tribus.

Primo in hostium opmone.
Secundo ī demonum fugatione.
Tertio ī miraculo; operatione.

¶ Primo exaltat⁹ fuit a deo ī hoiuz opiniōe. deo quidē faciente homines illi⁹ tēporis martinū venerari conabant: de quo erat opinio cōmunis ⁊ fama ex euidentia facti: q; sanct⁹ erat ⁊ a mundo totaliter seperatus. Cuz aūt plebs Turonica episcopo careret: ipsū plurimū renitentē sibi ordinari petijt. Quidā aūt ex epis q; uencrant eo q; deformis eēt habitu ⁊ vultu despectus resistebāt: inter quos precipuus fuit quidā noie defenso;. Sed quidaz accepto psalterio primū qui sibi occurrit psalmū legit vbi hic Ihūs erat. Ex ore infātiū ⁊ lactentiū deus pfecisti laudez, ꝓpter inimicos tuos vt destruas inimicuz ⁊ defensorē. Et sic iste defēso: fuit ab oīb⁹ ꝓfutatus. Ordinat⁹ itaq; epūs cuz popli tumultā nō ferret duob⁹ vero milib⁹ extra vrbem monasteriū cōstituit. vbi cum. lxxx. discipulis in mīta abstinētia vixit. Mā ibi vinū nemo nouerat nisi quem infirmitas coegisset. Mollior habitus ibi ꝓ crimie erat. plurime ciuitates de his epos eligebāt. Quodam tpe martin⁹ valētinianuz imperatorē ꝓ quadā necessitate adijt. Sed ille sciens eum velle petere qō ille nolebat dare. fores palatij sibi claudi fecit. At martinus semel ⁊ iterū repulsā passus cilitio obuolut⁹ ⁊ cinere ꝓspersus p vnaz hebdomadā cibi ⁊ potus abstinentia maceratur. Tunc monēte angelo ad palatiū venit ⁊ nullo sibi prohibente ad imperatorē vsq; puenit. quē cum venientē videret: irat⁹: q; fuisset admissus ei assurgere noluit donec cellā regiā ignis operiret: ⁊ ipsum imperatorez a pte posteriori ignis succenderet. Tunc sancto irat⁹ assurgens virtutem diuinaz se sensisse cōfessus est. multūq; ipm cōplectens sibi oia anteq; rogaret ꝓcessit: mltaq; munera obtulit. ꝫ martin⁹ nō accepit.

¶ Secūdo exaltaut de⁹ beatū martinū in demonum fugatiōe. Sepe nāq; demones ab obsessis corporib⁹ effugauit. In dyalogo ât Seueri ⁊ galli legitur q; quedam vacca a demonio agitata cū vbiq; seuiret ⁊ multos confoderet: ⁊ versus martinū ⁊ socios in itinere furibunda concurreret: ille manu eleuata ipsam sistere iubet: qua immobili permanēte: vidit demonē dorso illius insidentē: quē increpans: discede inquit funeste de pecude ⁊ innoxium animal agitare desiste. Quo protinus discedente vacca ad pedes illius prosternitur ⁊ ad eius imperium cum omni mansuetudine ad gregē est reuersa. ¶ Tertio exaltauit deus beatum martinum in miraculo; operatione. Mā deus multa miracula operatus est meritis ⁊ fide illius. Mā vice quadā venenatā herbam inter alias herbas inaduertenter in cibū sūpsit ⁊ vicinam mortē sentiens periculum ⁊ dolorem virtute orationis fugauit. Cum quidam iuuenis defunctus fuisset: ⁊ mater eius pro resurrectione filij beatum martinum cū lachrymis exoraret ille ī medio cāpi vbi erat innumerabilis mltitudo gentilium genua fixit: ⁊ cunctis videntib⁹ puer surrexit. Quapropter omnes illi gentiles ad fidem conuersi sunt. Cum beatus martin⁹ quoddam templum antiquissimum diruisset:

ꝛ arborem pini diabolo dedicatam vellet excidere obsistentibus rusticis ꝛ gentilibus vnus eorum dixit. Si de deo tuã fiduciaz habes nos hanc arborem succidemus: ꝛ tu illam suscipe: ꝛ si tecum deus tuus est vt dicis euades. Quo annuente succise arbori ꝛ iam versus cum cadenti signum crucis opposuit: ꝛ in altam partem redicns: rusticos qui in tuto loco erant fere oppressit. Quo viso miraculo ad fidem conuersi sunt.

¶ Qꝛ deus assumpsit ad gloriam suam beatuz martinum: qui prenũciauit diem obitus sui: ꝛ cum ingenti deuotione ex hac vita discessit: cuius trãsitus fuit diuinitus reuelatus.

Capitulum.iij.

Certium mysterium contemplandũ de liberalitate sancti martini dicitur glorificatio Adeptus quippe est gloriam celestis regni in qua perpetuo commorabitur in gaudio ꝛ exultatione eritqz felix inter sanctos ꝛ angelos ꝛ ipse sanctus. Sanctitaſ vero eius in extremo vite maxime innotuit propter tria.

Primo propter prenunciationem.

Secundo propter deuotionem.

Tertio propter reuelationem.

¶ Primo innotuit sãctitas beati martini propter prenunciationem. Nam obitum suum lõge ante prescisiit quẽ ꝛ fratribus prenũciauit. Interea condacensem dyocesiz causa sedande discordie visitauit. In qua diutius commoratus viribus corporis cepit destitui ꝛ discipulis indicat se resolui. Tunc omnes flentes inquiũt Cur nos pater deseris: aut cui nos desolatos reliquis. Inuadent enim gregem tuum lupi rapaces. Et ille quoqz motus fletibus corũ flens sic orauit. Domie si adhuc populo tuo sum necessarius: non recuso laborem: fiat volũtas tua Dubitauit eniz pene quid vellet. quia nec bos deserere nec a christo volebat diuiꝝ separari. Secundo innotuit sãctitas beati martini propter deuotionem. Cum eniz aliqꝫdu molestia febriũ ꝓ teneret ꝛ a discipulis rogaret vt i lectulo suo vbi i cinere ꝛ cilitio decũbebat stramentum aliquod poneretur. Non decet inquit filiꝫ christianũ nisi in cinere ꝛ cilitio mori. Oculis igitur ac manibus in celum semper intentus inuictum ab oratione spiritum non relarabat. Et cuꝫ supinus semper iaceret ꝛ a presbyteris rogaretur vt corpusculum mutatione lateris releuaret. Sinite me fratres inquit sinite potius celuꝫ respicere qꝫ terram: vt spiritus ad dominum dirigatur. Et hoc dicens vidit diabolum assistere. Quid inquit hic astas cruenta bestia: Nihil in me funestuz reperies: abrahe me sinus recipiet. Et i hac voce ãno domini.cccc. xxxxvj. vite vero eius.lxxvj. spiritum deo reddidit. Vultus autem eius tanqꝫ angeli resplẽduit: ac chorus angelorum ibidem concinens a multis auditus fuit. Ad eius autẽ trãsitum: pictaui sicut turonici conuenerunt. Ibiqꝫ magna altercatio orta est. Dicebãt enim pictaui: noster est monachus. nos requirimus commẽ datum. Quibus illi a nobis est ablatus. nobis autem a deo datus. Nocte ergo media picta ui omnes penitus sopiuntur. ꝛ sic a turõicis p fenestrã eiectũ nauigio ad vbẽ turõicã cũ gaudio deportaꝫ. ¶ Tertio inotuit scitas bti martini i trãsitu eius pp reuelationẽ. Multa quippe fuerunt de ipso reuelata. Beatus nanqꝫ seuerus episcopus colonien sis: cum die domini ca loca sancta: post matutinas more solito circuiret: illa hora qua vir sanctus obiit: angelos in celo cantantes audiuit: vocãsqꝫ archidyaconẽ interrogauit si aliquid audiret: ꝛ cũ ille audire nihil diceret. ꝛ cpus cum diligenter ascultare moneret: cepit collum sursum extendere: aures erigere: ꝛ super summis articulis baculo sustẽtante stare. Sed dũ epus ꝓ eo oraſſet: quasdã in celo voces audire se dixit. Cui epus dominus meus martinus est: qui migrauit e mundo: ꝛ nunc angeli eum in celum deferũt: demones autem affuerũt qui cum tenere voluerũt sed nihil suum in eo repientes confusi recesserunt. Archidyacon⁹ ergo diẽ ꝛ horam notauit ꝛ tunc martinum migrasse cognouit. Seuer⁹ etiam monachus qui vitam eius scripsit cum post matutinas leuiter obdormisset: sicut ipse in quadam epistola testatur. Sanctus martinus albis indutus: vultu igneo: stillantib⁹ oculis: crine purpureo: tenens librum i manu dextra: quem de vita eius idez seuerus scripserat eidem apparuit. Cũqz post benedictionem in celum conscendere ipsum videret: ꝛ cum eo ascendere cuperet: cuigilauit. post hec autem nũcijs venientibus eadem nocte sanctum Martinum migrasse cognouit. Eo quoqz die Sanctus ambrosius mediolanensis episcopus missam celebrans super altare inter prophhetiam ꝛ epistolam obdormiuit: ꝛ cum nullus cuꝫ excitare presumeret: ꝛ subdyaconus nisi ipso

innuēte auderet epl'am legere: trāsacto longo
spatio excitauerūt eū dicētes. Jā hora pterijt:
t popul⁹ valde lassus expectat: iubeat dñs no-
ster vt clericus epl'am legat. Ad quos ille. Mo-
lite turbari: frater. n. meus martinus ad dñm
migrauit. Et ego eius funeri obsequiū prebui.
Sed vltimā oratione vobis excitātibus exple
re nō valui. At illi die t hora notātes: inuene-
rūt tūc sāctū martinū migrasse ex hac vita: pp
hec oia beatus Ambro. in pfatione ait. Beat⁹
martinus ppbani erroris tēpla destruxit: ve-
xilla pictatis erexit: mortuos suscitauit: ab ob-
sessis corporibus demonia exclusit: ac varijs la
borātes lāguoribus salutis remedio sublcua-
uit. Qui ita pfectus inuētus est: vt xpm texis-
set in pauptate t veste quā egenus acceperat
mundi dñm induisse. O felix largitas qua dui
nitas operit. O clamidis gloriosa diuisio: que
militē texit t regē. O inestimabile donū: qō ve
stire meruit deitatē: digne huic pfessionis tue
dñe premia ptulisti: digne ei arriauox subiacu
it feritas: Digne amor martini pscutoris tor
menta nō timuit. Quid erit p oblatiōe corpo-
ris integri recepturus: qui p quātite vestis exi-
gue vestire deū meruit t videt. hec ille. Videt
t modo martinus deū in gloria claritatis sue.
videt vtiq; t affluit t dilatat cor suū. exultans
letitia inenarrabili in beata vita: ad quam nos
deducat Jesus filius dei cuius nomen sit bene
dictum in secula seculox. Amen.

¶ Sermo. sexagesimusquintus de sancta Ca-
therina virgine t martyre spōsa xpi pdilecta

Mauit eam rex

Scribunt hec Xba originalr Me-
ster. ij. c. Ex his q̄ p xpo beata cha-
terina Xtuose peregit: fides nostra catholica
magnopere roborat. Quis. n. in xpm non cre-
dat verū deū t hoiem de virgine natū: quē ca-
therina tā pstantissime pdicauit: vt etiā dura
queq; supplicia vsq; ad capitis truncationem
nō timuerit subire. Mira sunt pfecto ea que
de catherina legunt: atq; ab oibus fidelib⁹ nō
sine deuotione recolēda. ¶ Propterea in hoc ser
mone illa conabimur explicare. Jā Rex regū
dñs iesus xps amauit eā: atq; benignissime si-
bi despōsauit: de qua locuturi tria mysteria p
ponimus cōtēplanda. In quibus tres excellē-
tie sancte catherine continentur.

¶ Primum dicit mūdicitie.
Secundū sapiētie.
Tertium patientie.

¶ Qualr btā catherina mūda fuit ab infidelita
te: a luxuria: t a superbia. Capitulū. j.

Primū mysteriū cōtēplandū de btā ca
therina dr mūdicitie. Hec ē prima ei⁹
excellentia: ppter quā amauit eā xps. Serua-
uit equidē se mundā a tribus vitijs: quc deus
maxime odit.

¶ Primo ab infideli stultitia.
Secundo a carnali lasciua.
Tertio a cordiali superbia.

¶ Primo beata catherina seruauit se mūdaz
ab infideli stultitia: nā idolatriā sprenit: t credi
dit in xpm iesum filiū dei. Dñ cū maxēt⁹ im
perator prexisset alexandriā: cōuocasset q̄z oēs
tā diuites q̄z pauperes vt idolis imolarent: t
xpianos imolare nolentes puniret. Catherina
cū eēt annox. xviij. audiēs aīaliū diuersox mu
gitus t cantantiū plausus: missō illuc nuncio
inquiri iussit celeriter quid hoc esset. Qō cū di-
cicisset: assumptis aligb⁹ de palatio: signo cru-
cis se muniēs: illuc accessit: ibiq; multos xpia-
nos metu mortis ad sacrificia duci conspexit.
Que vehementi dolore cordis sauciata ad ipe
ratorē se audacter ingessit t ait. Salutationez
tibi pferre t ordinis dignitas: t rationis via
monebat: si creatorē celox agnosceres: t a dijs
animū reuocares. Stansq; ante ianuā templi
per varias cōclusiones silogismox doctissime
multa cū cesare disputauit. Deinde rediēs ad
cōmune colloquiū dixit. Hec tibi tanq̄z sapiē-
ti pferre curā. Nūc autē quare incassū congrega
sti hanc multitudinē ad colēdā stultitiā idolo-
lox. Miraris hoc tēplū manu artificū opatuz
Miraris ornamēta preciosa que velut puluis
ante faciē venti erūt. Mirare potius celum t
terram marc t omnia que in eis sunt. Mira-
re ornamenta celox: solē videlicet lunam t stel
las. Mirare famulatuz cox qualiter a mundi
initio vsq; ad finem die t nocte currunt ad oc
cidentē: t redeunt ad orientem: nec unq̄z fati-
gant. Et cum hec aīaduerteris interroga t di-
sce quis sit eox patrator. Cū autē ipsum eo do
nante intellexeris: nec illi simile inuenire value
ris: ipsū adora: ipsum glorifica. Ipse. n. ē deus
deox t dominus dominantium. Cūq; de icar
natione filij sapienter pluria disputasset: stu-
pefactus cesar nō valuit ad hec rndere: Tandē
ad se reuersus dixit ad eā. Sine o mulier: sine
nos finire sacrificiū: t post hec tibi rnsa redde-
mus. Precepit ergo eā ad palatiū duci: t cum

oi diligentia custodiri. Ex quibus patet q̃z fer uẽs erat fides catherine: quãtũcũq; infidelitatẽ horrebat. Sed vt ea que dicta sunt cuz aliqua doctrine speculatione auidius capiantur: tria dubia sunt declaranda.

¶Primũ vtrũ infidelitas sit peccatum.

Scõm vtrũ infidelitas gẽtiliũ sit ḡuior ceteris. Tertiũ vtrũ quelibet actio infidelis sit pctm̃.

Ad primũ dubiũ rñdet Tho. 2a 2e. q. x. Q infidelitas est pctm̃. qz ꝓriat virtuti fidei veruntñ põt dupliciter accipi. Uno mõ ꝑm purã negationẽ. vt dicat quis infidelis ex eo q nõ hz fidẽ. Alio mõ põt infidelitas intelligi ꝑm ꝓrietatẽ ad fidem qz. s. aliquis repugnat ꝑ auditui fidei vel ẽt cõtempnit ipsã. Et in hoc pprie pficit rõ infidelitatis. Et ꝑm hoc infidelitas est pctm̃. Si ãt accipiat infidelitas ꝑm puraz negationẽ sicut in illis qui nihil audierunt de fide nõ hz rõnem pcti: sed magis pene: qz talis ignorantia diuino ex pctõ primi parentis est cõsecuta. Et qui sic sunt infideles dãnant quidem ꝑpter alia pcta: que sine fide remitti nõ pñt: nõ ꝑpter ipsã infidelitatẽ. Uñ xps dixit. Si nõ venissem et eis locutus nõ fuissez pctm̃ nõ haberent. Et ꝑm Augustñ. loquit de pctõ q̃ iudei nõ crediderũt in xpm. Est ergo infidelitas scõm mõ dicta grauissimũ pctm̃: qz cuz oẽ pctm̃ formaliter pfistat in auersiõe a deo tãto aliqõ pctm̃ est grauius quãto ꝑ ipsũ magis hõ sepat a deo: ꝑ infidelitatẽ marie a deo hõ clongat: qz nec verã dei cognitionẽ hz. ꝑ falsã aũt cognitionẽ ipsius: nõ appropinq̃t ei: sed magis ab eo elongat. Scõm dubiũ fuit vtrũ infidelitas gentiliũ siue paganoꝝ sit grauior ceteris: et ad hoc dicit Tho. Q i infidelitate duo pñt cõsiderari. quoꝝ vnũ est cõpatio ei9 ad fidẽ: et ex hac pte grauius ꝯ fidez peccat: qui fidei ꝓriat quã suscepit q̃z ille qui eã nõ suscepit. Et hz ꝫ infidelitas hereticoꝝ q ꝑfitent fidẽ euangelij et ei ꝓriant corrũpentes ipsã: grauior est infidelitate iudeoꝝ q fidẽ euangelij nũq̃z susceperũt et infidelitas iudeoꝝ q figurã cuã gelij acceperũt in veteri lege: et tñ male interpretãtes corrũpunt: grauior est infidelitate gẽtiliũ. Scõm qõ põt in infidelitate cõsiderari. est corruptio eoꝝ q̃ ad fidẽ ptinẽt. et hz ꝫ cũ in pluribꝰ errẽt gentiles q̃z iudei: et iudei q̃z heretici: grauior ẽ infidelitas gentiliũ q̃z iudeoꝝ: et iudeoꝝ q̃z hereticoꝝ. Tertiũ dubiũ fuit vtrũ qlibet actio infidelis sit pctm̃. Et quidã dicũt q sic. Uñ glo. sup ista ẋbo apli ad Romanos. xiiij. ca. Oẽ qõ nõ est ex fide: pctm̃ est. ait. Ois infideliũ vita est pctm̃: sed ad vitã infideliũ ptinet: oẽ qõ agũt: ḡ ois actio infidelũ est pctm̃. Alij ẋbo ꝯrũ asserũt. qz vt habet Actuũ. x. ca. Accepte fuerũt deo elemosine cornelij centurionis in infidelitate adhuc pfistẽtes. Dicẽ ḡ Tho. q pctm̃ mortale tollit gram gratũ facientẽ: nõ ãt totaliter corrũpit bonũ nature. vñ cũ infidelitas sit qõdã mortale pctm̃: infideles quidẽ gra carẽt remanet tñ in eis bonũ nature. vñ manifestũ est: q infideles nõ pñt opari opa bona: q̃ sunt ex gra. s. opa meritoria: tñ opa bona ad q̃ sufficit nã: opari pñt. vñ nõ oz q in oi suo ope peccent. Sz qñcũq; aliqõ opus opank ex infidelitate tũc peccant. Et sic intelligũt ẋba glo. supius allate. De cornelio insup sciendũ qz infidelis nõ erat: hẽbat ãt fidẽ implicitã: nõdum manifestata veritate euangelij. Jõ ad cũ fuit missus petr9: vt plene de fide ipsũ instrueret.

¶Pctõ itaq; infidelitatis tpe btẽ catherine mũdus erat infect9: quã ipsa refugit i fide xpi firmissima pseueranꝫ. ¶Scõo btã catherina seruauit se mũdã a carnali lasciuia. fuit qdẽ virgo pmanẽs in virginitate ppetua: q̃ in ea sanct cõmendabilis fuit: maxime ꝑpter tria.

¶Primo ꝑpter formositatem.

Scõo ꝑpter libertatem.

Tertio ꝑpter importunitatem.

¶Primo fuit cõmẽdabilis virginitas catherie ꝑpter formositatẽ. dr̃ enim de ea q erat incredibilis pulchritudinis: et dñm oculis admirabil videbat. Est ãt pulchritudo in iuuẽcula cã rumne. qz vt ingt Aureol9 theolog9. ¶Pulchra cito adamat. Et sapiẽs ꝑpuer. vlti. ca. Fallax spes et vana est pulchritudo. et Eccchiel ca. xvi. Cõfisus fiduciã in pulchritudine tua fornicata es. Sz pulchritudo catherine nõ obfuit: q̃ aium fortitudie decorauit vñ de ipa dici põt illud ꝑpuer. vlti. ca. Fortitudo et decor indumẽtũ ei9. Scõo fuit cõmẽdabilis virgitas catherine ꝓp libertatẽ. qz sui et suoꝝ dña remãserat. tñ subdidit se totã deo viuẽs in filiali timore illius. vñ sibi ꝯueniũt verba sapientis ꝑpuer. adhuc vlti. ca. Mulier timens deũ ipa laudabit. Tertio fuit cõmẽdabilis virgitas catherine ꝓp importunitatẽ. Mã virilit obstitit psuasionib9 importunis ꝑmissisq; ipatoris. Tẽtauit qdẽ illã vroẽ hr̃e Cui dixit. o virgo generosa: nunẽ tuti tue psule et p9 reginã in palatio meo scõa vocaberis: et imaginẽ tui in medio ciuitatis faciã fabricari atq; a cũctis adorabere is velut dea. Cui virgo

et I

desine talia dicere: que scelus sunt et cogitare. Ego me xpo sponsa tradidi. Ille gloria mea: ille amator meus: ille dulcedo t dilectio mea: ab eius amore nec blandimenta nec tormenta me poterūt revocare. Et cū iterū post dies aliquos imperator ei diceret. Non te q̄si famulam possidere cupimus: sed regina potens t electa decore in regno meo triūphabis. Rñdit. attende t tu obsecro t iudicij examen veridica sanctione discerne: quē magis eligere debeo. Aut potentē eternū gloriosū t decor: vel infirmū mortalē: ignobilē t deformē. ¶ Tertio btā catherina seruauit se mundā a cordiali supbia. fuerūt quippe in eo tria ex quibus ꝓsueuerūt hoies in superbiā crumpere.

Primū fuit nobilitas.
Scōm abundantia.
Tertiū scientia.

Primū qō fuit i btā catherina fuit nobilitas originis: nā fuit costi regis filia: t nihilominꝰ imperatori eā interroganti t dicenti. ꝓgeniem tuā requirimus. humiliter rñdit. Scriptū est Nec te collaudes: nec te culpaueris ipe. hoc facīūt stulti q̄s gloria verat inanis. confiteor tñ meā ꝓgenie nō tumore iactātie sed humilitatis amore. Ego eni sum catherina costi regis quondā filia: q̄ q̄ꝫ in purpura nata: t libera libus disciplinis mediocriter instructa. Hec tñ oia cōtempsi: t ad dñm ihesū cōfugi. Scōm qō fuit in btā catherina: fuit abundantia diuitiaꝝ t bonoꝝ tpaliū. ex his ꝓuocant hoies ad supbiam. vermis diuitiaꝝ supbia est. Ipsa tñ virgo catherina tpalia oia velut puluere vilipēdit. Tertiū qō fuit in btā catherina est scia. Et de hac dicem⁹ in sequēti mysterio. ꝓipa tñ nō intumuit: sed ea ad diuinū vtebat honorē. ¶ De sapia sctē catherine: cui nō potuerūt resistere etiā rhetores t phi q̄s ad fidē cōuertit.

Capitulum.ij.

Secundū mysteriū ꝓtemplandū de beata catherina dī sapie. t hec est scōa illius excellentia: ad quā plene intelligendā sciendu⁊ q̄ triplex est scientia.

Prima increata.
Scōa condempnata.
Tertia cōmendata.

¶ Prima sapia increata ē ipsi⁹ dei. de q̄ paul⁹ ad Roma. xj. ca. ait. O altitudo diuitiaꝝ sapie t scie dei. Ista āt sapia nihil aliud ē q̄ ipe de⁹ q̄ tñ solet attribui filio: ꝓ appꝛopriationem: sic pri potētia: t spūi sctō clemētia. vñ Eccliastī. xxiiij. ca. dī. Ego sapia prodij ex ore altissimi primogenita añ oēm creaturā. Et. i. ca. Fons sapie verbū dñi in excelsis. ¶ Scōa sapia ē cō dēpnata. vt eni colligit ex dictis Tho. 2a 2e. q. xlv. Sic bonū dī dupl'r. aliq̄ vere illud. s. qō est simpl'r bonū. aliq̄ fil'itudinarie: vel abusiue. sic cū dī. ille est bon⁹ vel optimus latro: ita sapia aliq̄ dī vere aliq̄ fil'itudinarie. Luꝝ ḡ qs sapiēs est ad male agendū: sapia in eo est ꝓ fil'itudinē dicta. De q̄ Jere. iiij. ca. scribit. Sapientes sūt vt faciāt mala: bñ āt facere nescierūt. Et Jaco. iij. ca. Nolite gloriari t mēdaces esse aduersus veritatē. Nō ē ista sapia de sursū descendēs: sed terrena: animalis: diabolica. Et declarat ista diuisio a sctō Tho. vbi. s. sic. Qui cūq̄ auertit a fine debito: necesse est q̄ aliquē finē indebitū sibi prestituat: q: oē agens agit pp finē. Ñ si prestituat sibi finē in bonis exterioribus terrenis vocat sapia terrena. Si in bonis corpalibus: vocat sapia animalis. Si āt in aliq̄ excellentia ai: vocat sapia diabolica. Sic fuit sapia tyrānoꝝ t phoꝝ. De hac ita loquit Grego. in moralib⁹. Nul⁹ mūdi sapia est cor machinationib⁹ tegere: sensū verbis velare: q̄ falsa sūt vera oñdere: q̄ vera sūt falsa demonstrare. hāc q sciūt: ceteros supbiendo despiciunt. Sed de ipsis phis supbientibus: qui sapientes vocari voluerūt: donec pictagoras: phm i. amatorē sapie se noiauit. vt Jsido. viij. etbi. meminit. Et Aug⁹ li. xviij. de ci. dei. ita ingt. Apl'us ad Roma. i. ca. Cū deū cognouissēt. s. rōne nāli nō sic deū glorificauerūt: q: nō cogitauerūt. s. q̄ imꝓportionabiliter excedit cognitionē nr̄am: t p cōsequēs sup oia est glorificandus: neq̄ gras egerūt. s. de cognitiōe nāli sibi a deo data. Sed cuanuerūt in cogitationibus suis. s. supbiendo de ipsa nāli cognitiōe dei: t obscuratū est insipiens cor eoꝝ. s. iusto iudicio dei: t dicentes se esse sapientes. stulti facti sūt. ¶ Tertia ē sapia cōmēdata. t hec aliq̄ ponit virtus intellectualis ab Aristo. in. vi. etbi. que nil aliud est ꝑm Augusti. in. xiiij. de trinita. q̄ꝫ cognitio diuinoꝝ: q tñ vt ingt Tho. rōne nāli acq̄rit vel habet. Aliq̄ a sctis accipit ꝓ gra gratis data. Juxta illud apli. Alij datur p spiritū sermo sapie. s. cognitio diuinoꝝ p lumen infusū: qō gdē posset esse et in pctōrib⁹. Quia dona gre gratis date ꝑ; Alexandrū in suo. ij. Ñ̄t esse q̄q̄ꝫ a spū sctō: sed nō cum spū sctō Aliq̄ ista sapia cōmēdata ponit vnū ō septē donis spūs sti: q ꝓsistit in cognitōe diuinoꝝ

illorũq; saporoso gustu: ⁊ esse nõ põt sine charitate ⁊ gra gratũ faciẽte. Iurta illud Sapie i. ca. In malivolã aiam nõ intrabit sapia: nec habitabit in corpe subdito pcti. Sapia igit fuit in btã catherina: q nõ solũ in hũanis: sed ẽt in diuinis illuminatissima fuit: atq; ea q̃ dei sũt: ⁊ fidei sue sctẽ cognouit ⁊ degustauit. Cũ hac sapia supauit maxẽtiũ: puertit phos ⁊ reginã atq; porphiriũ: cũ ducentis milib⁹ ad xp̃m attraxit. Maxentio qppe dixit. Dij ãs colis nec te nec alios iuuare pnt. Cui rex. si ita est vt asseris: g̃ tot⁹ mũd⁹ errat ⁊ tu sola verũ dicis: cuz tñ oẽ verbũ i ore duoz vel triũ testiũ ꝓfirmet Si angelus esses: si celica virtus: adhuc nemo tibi credere deberet: quãto min⁹ cũ femia fragilis esse ꝓberis. Et post multa verba videns cesar q ei⁹ sapie obuiare ñ posset: mãdauit occ̃te p lras vt oẽs grãmatici ⁊ rhetores ad ꝓtoriũ alexãdrie festinant venirẽt imẽsa munera recepturi: si cõcionatricẽ virginẽ suis assertõibus suparẽt. Adducti sũt igit de diuersis prouincijs q̃q̃ginta rhetores: q oẽs mortales i oi mũdana sapia excellebant. Quib⁹ interrogãtibus cur de tã remotis gtib⁹ euocati fuissent Cesar rñdit. Est apud nos q̃dã puella sensu ⁊ prudentia incõparabilis: q̃ oẽs sapientes cõfutat: ⁊ deos nr̃os demones esse affirmat: quã si superaueritis: cũ magno honore ad ꝓpria redibitis. Cui illi dixerũt. Adducat coram nobis puella: vt sua temeritate cõuicta: nũc̃ se sapiẽtes vidisse cognoscat. Sed cũ virgo certamen q̃ sibi imminebat didicisz: totã se dño cõmẽdauit Et ecce angel⁹ dñi astitit: Et vt cõstanr̃ staret admonuit asserẽs: q nõ solũ ab illis vinci nõ poterat: z insup illos ipsa ad palmã martyrij destinaret. Cũ g̃ coram oratoribus adducta fuisset. Dixit impator: q̃li iudicio ꝑ vnã puellaz q̃q̃ginta oratores apponis: ãs ⁊ ꝓ victoria remunerandos ꝓmittis: ⁊ me sine spe mercedis pugnare compellis? Erit tñ mihi merces dñs ihesus xp̃s: q est spes ⁊ corona ꝓ se certantiũ. Cũ Xo catheria cũ oratorib⁹ sapiẽtissime disputaret: ⁊ eos aptis rõnib⁹ confutaret. O bstupefacti illi ⁊ qd dicere nõ inueniẽtes: muti penitus sũt effecti. Tũc impator nimiũ ꝑ eos furore replet⁹ increpare eos cepit. Cur ab vna puella tã turpiter se vinci ꝓmitterẽt. Tũc vnus mgr̃ alioz sic ait. Moueris impator q nullus vnq̃ añ nos stare potuit: q̃n ꝓtinuo vinceret Hec ãt puella in q̃ spũs dei logt: sic nos i admiratiõne puertit: vt ꝑ xp̃m aliqd diceret: aut oino nesciamus: aut penitus formidem⁹. Dñ imperator constanter fatemur. q nisi ꝓbabiliorẽ sniaz de dijs ãs vsq; nũc colim⁹ ꝓtulerisse ecce oẽs ad xp̃m puertimur. Audiẽs hec tyrãnus nimio furore succensus: oẽs in medio ciuitatis cremari iussit. At virgo catherina ipsos confortans ad martyriũ cõstantes effecit ⁊ de fide diligenter instruxit. Cuz ergo signo crucis muniti flãmis fuissent iniecti: ita aias dño reddiderũt: vt nec capilli: nec vestimenta eorum ab igne in aliquo lederentur. Qualiter Xo reginam vxorem maxentij: ⁊ porphirium cum ducentis militibus ad fidem xp̃i deduxit dicemus in sequenti mysterio.

¶ De patientia sctẽ catherine: ⁊ glorioso martyrio eius. Capitulum. iij.

¶ Certiũ mysteriũ contemplandũ de beata catherina dr̃ patientie. Tulit quidẽ pacienter ꝓ xpo: maxime tria.

Primo incarcerationem.

Scõo rotationem.

Tertio decollationem.

¶ Primo tulit incarcerationẽ. Videns namq; maxentius q non posset animũ catherine mollire. Iussit eam spoliataz scorpionibus cedi: ⁊ cesam in obscurum carcerem trudi. Ibiq; xij. diebus fame cruciari. Rege autem ꝓquibusdam causis instantibus extra regionis cõfinia procedente. Regina eius nimio amore succensa: cum principe militum nomine porphirio media nocte ad carcerem virginis properauit. Quo cum regina introisset: vidit carcerem inestimabili claritate fulgentem: ⁊ angelos plagas virginis perungentes. Incipiẽs q̃z virgo ei eterna gaudia predicare: ⁊ ad fidẽ cõuertens martyrij coronam eidem predixit. Sicq; vsq; ad mediam noctem sermonẽ protraxerunt: que cuz oia porphiri⁹ audiuiss.: ad pedes virginis procidit: ⁊ cum ducentis militibus fidem recepit: quia Xo per duodecim dies sine cibo tyrann⁹ eam esse iusserat: xp̃s p hos dies missa de celo candida colũba celesti eam cibo refouebat. Deinde dñs cum multitudine angelor̃ ⁊ virginũ eidem apparuit dicens. Agnosce filia creatorẽ tuũ ꝓ cuius nomine laboriosum subisti conflictuz: constans esto: quia ego tecũ sum. Rediẽs igitur impator: ⁊ videns eã splẽdidiorẽ: quã tãto iciunio estimabat afflictã: custodes carceris torqueri precepit. Illa Xo ait. Ego cibum non ab hoie accepi: sed xp̃s me per suum angelũ enutriuit.

Cui cū dixisset multa verba. Impator videns firmitatē eius indignatus ait. E duob⁹ elige tibi vnū: aut sacrificare vt viuas: aut exquisita subire tormenta vt peas. Et illa. quecūq; tormenta potes cogitare ne differas: q; carnez t sanguinē meū xpo offerre desidero sicut ipse p me semetipsuz obtulit. Ipse est deus meus amator meus pastor t sponsus vnicus meus.

¶ Scdo btā catherina tulit patienti rotatiōez Suasit eni qdā prefectus regi furēti vt infra triduū quattuor rotas ferris ferreis t clauis acutissimis cricūtectas ppararet: vt tā terribi le detrimentū virginē dissecaret t ceteros xpianos tā dire mortis exemplū terreret. Ordinatūq; est vt due rote vno ordine voluerent: due ār ꝓrio impetu agerent vt ille deorsū laceran do ptraherent Iste repugnātes sursū devorā tes ipingerēt. Tūc virgo catherina dūm exora uit vt ad laudē sui nois t cōuersionē ppli circūastātis ipsā machinā dissiparet. Et ecce an gelus molā illā cū tanto impetu diuellēdo cōcussit: q; quattuor milia gētiliū interemit. Regina ār que desup hoc aspiciebat t vsq; tunc se celauerat: statim descendēs imperatorē de tanta seuicia durius increpauit. Rex ār cū regina sacrificare contēpneret: iussit eā extract; pri⁹ mamillis decollari. Que cū ad martyriū deduceret catherinā rogauit vt ,p se dūm pre caret. Que rūdit. Ne timeas a deo dilecta regina: q; tibi hodie ,p transitorio regno cōmutabit ctermū: Et ,p mortali sponso: tibi imortalē acquires. Educta igit fuit extra ciuitatez t ministri mamillas eius ferreis bastilib⁹ cuel lentes: tandē caput preciderunt. Cuius corp⁹ porphirius rapiens sepeliuit. Sequēti ār die cū de corpore regine questio fieret: t multos ex hoc ad suppliciū pertrahi tyrann⁹ iuberet. Porphirius ,prumpens in medio erclamauit Ego sū qui xpi famulā sepeliui: t fidē xpi rece pi. Confessi adhuc sunt cōmilitones eius fidē suscepisse iesu xpi. Quare pcepit cesar oēs decollari: t corpa eoz canib⁹ dimitti. ¶ Tertio beata catherina patienter tulit decollationez Nā cū nullo terrore nec precibus aut ,pmissis a fide t amore xpi posset amoueri: data super eam snia decollari iubetur. Que cū ad locum ducta fuisset erectis in celū oculis orauit dicēs O spes t salus credentium. O decus t gloria virginū. Jesu rex bone obsecro te: vt quicūq; passionis mee memoriā egerit: seu in extitu aie sue vel in quacūq; necessitate me inuocauerit tue propiciationis consequat effectū. Factaq; est vox ad eam dicens. Veni dilecta mea: spōsa mea speciosa mea. Ecce tibi celi ianua est aperta. Nam t vis qui passionē tuā celebrauerint: optata pfidia ,pmitto de celis. Deinde cū decollata fuisset: de eius corpore ,p sanguine lac emanauit. Angeli ār corpus eius accipientes: ab illo loco vsq; ad montem sinay itinere dierū viginti dedurerūt: t ibidē honorifice sepelierūt. Ex cuius ossibus oleum indesinenter emanat: q; cūctoz debiliū mēbra sanat. Passa est ār anno dñi tricentesimo t decimo. Ad vo illius ad etherea regna volauit ꝑmanens leta cū xpo. Qui fit benedictus ꝑ oia secula seculorum. Amen.

¶ Sermo sexagesimussextus de fide sancte cecilie virginis t martyris: ob quā xps eam suā sponsam fecit.

Sponsabo te mihi in fide dei viuentis. Verba sunt ista originaliter Osee.ij.ca. Cū anima rōnalis fide formata se exornat adeo grata efficit Regi seculoz immortali t inuisibili deo vt illam dignetur spirituali castoq; matrimonio sibi copulare. Nec retrahit celsitudie maiestatis sue: que infinita est. quinimo ex abundanti charitate sua creaturā ipsam ad sui vnionem trahit. Facitq; illam extra terminos nature procedere. Quando enim potuit operari natura illa que de beata virgine cecilia legunt vnde in ea tanta puritas mentis vt virginitatem vnq; voluerit deserere: vnde tanta sapia tantaue facundia: vt valerianū sponsū suum fratremq; eius tiburtium: non solū ad fidem: sed etiā ad martyriū triūphū perdurerit. Vñ denicq; tanta constantia vt nec tormenta: nec violentā mortē horruerit nisi ex pscntia sponsi sui: qui graz illi porrigebat indesinenter. Propterea in pñti sermone de ipsa puella sanctissima locuturi: ad fidē eius mētes nras aioscq; vertemus. Dñs vt verba ,pposita dicunt: desponsata fuit xpo: in fide perfecta. de qua tria mysteria proponimus contemplanda.

Primū dr cōmendationis.
Scōm approbationis.
Tertiū defensionis.

¶ Q; maxime cōmendanda est beata cecilia eo q; habuit fidem: que virtus est: t prima in ordine aliaz virtutū: t in cecilia magna fuit.

Capitulum.j.

Primū mysteriū contemplandū de fide beate cecile dñ cōmendationis. Haz fuit in ea fides xpi: de qua in sua legenda sic cōmē datur. Cecilia virgo clarissima ex nobili genere exorta ab ipis cunabulis in fide xpi nutrita absconditū semp euangelū xpi gerebat in pectore: z nō diebus neqz noctibus a colloquijs diuinis z oratione cessabat: suamqz virginitatem ꝓseruari a dño exorabat. Sed in hac parte de ipsa fide tria ꝓponim⁹ dubia declarāda Primū vtrū fides sit virtus.
Scōm vtrū fides sit prima virtutū.
Tertiū vtrū fides possit esse maior in vno q̄z in alio.

¶ Ad primū dubium respondemus. q̄ fides sit virtus. Et hoc probari potest ꝑ Bonauenturā in suo.iij. distin.xxiij. Et Thomā 2a 2e.q.iiij. multiplici rōne. Prima est. qz fides hoiem iustificat. Vñ ad Roma. v.ca. ait. apl's Justificati ex fide pacē hēam⁹. Et vt Aristo. docet in. v. Ethicozuz. Justicia est tota virtus
¶ Scōa rō est. qz fides est principiū nr̄e salutis Vñ xp̄us Luce. vij.ca. Marci. v.ca. Matthei ix.ca. z Luce. xviij. dixit. Fides tua saluū te fecē. Et Marci vlti.ca. Qui crediderit z baptiçat⁹ fuerit salu⁹ erit. Tertia rō. qz fides placet deo vñ Ecclesiastici.j.ca. scribit. Beneplacituz est deo fides z mansuetudo. Et ad Hebreos.xj. ca. Sine fide impossibile ē placere deo. Et ad Galathas.iij.ca. Qui ex fide sunt hi sunt filij abrahe. Et ioannis.j.ca. Dedit eis ptātem filios dei fieri: his qui credūt in nōie ei⁹. Quarta rō quare fides est virtus. qz opponit infidelitati: que est vitiū. Hinc est q̄ fides a sanctis magnificat. vñ.j. Petri dr̄. Resistite fortes i fide: z ad Ephesios.vj.ca. In oibus sumentes scutū fidei. Et ad Hebreos.xj.ca. Sancti ꝑ fidem vicerunt regna: operati sunt iusticiā adepti sunt reꝓmissiones. Et ibi apl's magnificat fidē sctō⁹ patrū. Sed contra obijciunt aliqui ꝓbantes q̄ fides non sit virtus. Nam virtus ordinat ad bonū. qz vt inquit Aristo. i ij. ethi. Virt⁹ est q̄ bonū facit habētē. Sed fides ordinat ad verū: ergo non est virtus. Ad hoc rñdet Tho. vbi supra. Q̄ verū est: bonum intellectus: cū sit perfectio ipsius: z iō inq̄tuz ꝑ fidem intellectus determinat in verū: fides habet ordinez in quoddā bonū. Credere nāqz est actus intellectus assentientis vero ex imperio voluntatis. Ad hoc autem q̄ iste actus sit perfectus duo requiruntur. Quoꝝ vnum est vt infallibiliter intellectus tendat ad suuz bonum qđ est verū. Aliud est vt infallibiliter ordinetur ad vltimū finem: ꝓpter quē voluntas assentit vero. Iterū arguunt q̄ fides non sit virtus: qz nulla virtus est in demonib⁹: sed fides est in demonibus. de quibus dr̄ Jacobi. ij.ca. Demones credunt z cōtremiscunt: ergo fides non est virtus. Ad hoc iterū dicit Tho. q̄ voluntas potest mouere intellectū ad assentiendū que sunt fidei er duobus. Vno modo ex ordine voluntatis ad bonū: z sic credere est actus laudabilis. Alio modo qz intellectus cōuincitur ad hoc q̄ iudicet esse credendum: his qua dicuntur lz non conuincatur per euidentiam rei. Sicut si aliquis ꝓpheta ꝓnunciaret in sermone dñi aliquid futurum adhibens signum mortuum suscitando: et hoc signo cōuinceretur intellectus videntis: vt cognosceret manifeste hec dici a deo: qui non mentitur lz futurum quod predicitur in se euidens non esset. Jn fidelibus ergo xp̄i laudatur fides ꝑm primū modū z ꝑm hoc non est in demonibus sed solum secundo modo. vident enim multa manifesta indicia ex quibus percipiunt doctrinam ecclesie esse a deo: q̄uis ipsi res ipsas q̄s ecclesia docet non vident: puta deuz esse trinū z vnum: vel aliqua huiusmodi. Quare fides demonū est quodammodo coacta ex signoruz euidentia: z ideo non pertinet ad laudem voluntatis ipsoꝝ quod credunt. ¶ Secunduz dubium fuit vtrum fides sit prima virtutum Et ad hoc respondet Tho. q̄ aliquid potest cē prius altero duplicit. Uno modo per se. Alio modo per accidens. Per se quidem inter omnes virtutes prima est fides. Cum enī in agibilibus finis sit principiuz necesse est virtutes theologicas quoꝝ obiectum est vltimus finis esse priores ceteris virtutibus. Ipse autez vltim⁹ finis oportet vt prius sit in intellectu q̄z in voluntate: quia voluntas non fertur in aliquid: nisi prout est in intellectu apprehensū Unde cum vltimus finis sit quidem in voluntate per spem z charitatem. Jn intellectu aūt per fidem necesse est q̄ fides sit prima inter omnes virtutes: quia naturalis cognitio non potest attingere ad deum ꝑm quod est obiectum beatitudinis prout tendit in ipsum spes z charitas. Sed per accidēs potest aliqua virtus prior esse fide: inquantū remouet impedimenta credendi: sicut fortitudo remouet in

ordinatū timorē impedientē fidem: ⁊ humilitas remouet superbiā: p quā intellectus reculat se submittere veritati fidei: ⁊ sic de alijs virtutibus: q̄ꝫ non sint vere virtutes nisi presupposita fide ſm Augustinuꝫ contra iulianum.

¶ Tertiū dubiū fuit vtrū fides possit esse maior in vno q̄ꝫ alio. Et dicit Tho. ſcōa ſe. q. v. q. fic. Quia vbicūq; inuenit paruū ⁊ magnū ibi inuenit magis ⁊ minus: sed in fide inuenit magnū ⁊ paruū. Dixit eni dñs petro Matth. xiiij. Modice fidei quare dubitasti. Et chananee dixit Matthei. xv. O mulier magna est fides tua: quare fides pōt esse maior in vno q̄ꝫ i alio. Sciendū tñ q̄ quantitas habitus ex duobus attendi potest. Vno mō ex obiecto. Alio modo ſm participationē subiecti. O biectum aūt fidei pōt dupliciter considerari. Vno mō ſm formalē rationē. Alio modo ſz ea que materialiter proponunt. Formale obiectum fidei est vnū ⁊ simplex. ſ. veritas prima. vnde ex hac parte fides non dtuerſificatur in credentibus sed est vna specie in oibus. Sed ea que materialiter credenda proponunt: sunt plura. Et ſm hoc potest vnus homo plura explicite credere q̄ alius: ⁊ sic in vno potest esse maior fides ſz maiorem fidei explicitationē. Si vo consideretur fides ſm participationē subiecti. hoc cōtingit dupliciter. Nam actus fidei procedit ex intellectu ⁊ ex voluntate: potest ergo fides in vno dici maior q̄ꝫ in alio ex parte intellectus propter maiorem certitudinem ⁊ firmitatem. Alio modo ex parte voluntatis propter maiorem promptitudinē seu deuotionē: vel confidentiam. Magna ergo fuit fides beate cecilie que propter xpm oia huius seculi bona contēpſit. Et cum cuidam iuueni nomīe valeriano desponsata fuisset: ⁊ dies nuptiaruꝫ instituta esset: illa subtus ad carnem cilicio erat inducta ⁊ super deauratis vestibus tegebatur: ⁊ cantātibus organis illa in corde suo soli deo decantabat dicens. Fiat dñe cor meū ⁊ corpus meuꝫ immaculatū vt non confundar. Et biduanis ac triduanis iciunijs orans cōmendabat dño quod timebat. Imitabat angelos precibus: lachrymis interpellabat apostolos: ⁊ sancta agmina oia xpo famulantia crorabat: vt suis eam deprecationibus adiuuarent suo dño pudicitiam cōmendantem. O illuminata puella O fidelis cecilia: O femina oī laude digna: iuuencula erat: pulchra: nobilis: ⁊ sponso clarissimo tradita: ⁊ tamē cuncta seculi blandimenta spernebat.

¶ Qualiter fides beate cecilie fuit approbata eo q̄ valerianus fuit de illa cōmonitus ex visione ⁊ qr angelū visibiliter insperuit: atq; virtute dei frater eius fuit ad fidem conuersus.

Capitulum. ij.

Secundū mysteriuꝫ contemplandum de fide beate cecilie dicitur approbationis. Fuit nanq; fides eius a deo approbata ⁊ confirmata: dum illam docere conata est suū spōsum valerianum: habuit quidem illa tria veritatis testimonia.

Primū fuit mirabilis apparitio.
Scōm angeli a collocutio.
Tertiū fraternalis conuersio.

¶ Primū testimoniū quod habuit valerian⁹ de veritate fidei dicit mirabilis apparitio. vt enim scribit in legēda. Duꝫ venit nor in qua cum cecilia suscipere debebat secreta cubilis silentia dixit ei cecilia. O dulcissime atq; amātissime iuuenis. Est mysteriū q̄ tibi confitear si modo tu iuratus asseras tota te illud obseruantia custedire. Jurat valerian⁹ se illud nulla necessitate detegere. nulla prodere ratione. Tunc illa ait. Angelum dei habeo amatorem qui nimio zelo custodit corpus meum: hic si vel leniter senserit q̄ tu me polluto amore cōtingas: statim feriet te ⁊ āmittes florē tue gratissime iuuentutis. Si autem cognouerit q̄ me sincero amore diligas ita quoq; diliget te: sicut me ⁊ ostendet tibi gratiam suam. Tunc valerianus nutu dei correptus ait. Si vis vt credam tibi ipsum angelum mihi ostende: ⁊ si vere probauero q̄ angelus sit: faciā q̄ dixeris. Si āt virū alū diligis te ⁊ illū gladio ferā. Cui cecilia dixit. Si in deū verū crediderīs ⁊ baptizari te pmiseris: ipsū videre valebis. Vade igit i tertiū miliariū ab vbe: via que appia nūcupat: ⁊ pauperib⁹ quos illic inuenies dices. cecilia me misit ad vos: vt ostendat⁹ mihi scōm senem vrbanū: qñ ad ipsū habeo secreta mandata que pferam. Dunc cū videris: indica ei oia verba mea: ⁊ postq̄ ab eo purificatus fueris: ⁊ redieris angelū ipsum videbis. Tunc valerianus perrexit: ⁊ ſm signa que acceperat sācta vrbanū cpm intra sepulchra martyrū latitantē inuenit. Cūq; ei oia verba cecilie dixisset: ille manus ad celum expandens ait. Dñe iesu xpe seminator castī consilij suscipe seminū fructus quos in cecilia seminasti. Dñe iesu xpe pastor bone: Cecilia famula tua quasi apis

tibi argumentosa deseruit. Nam sponsū quē quasi leonem ferocē accepit ad te quasi agnū māsuetissimū destinauit. Et ecce subito apparuit senex quidā niueis vestibus indutus: tenens librū aureis litteris scriptū. Quē videns valerianus pre nimio timore quasi mortuus cecidit. Et a sene leuatus sic legit. Vnus deus vna fides: vnus baptisma: vnus deus ⁊ pater oim qui est super omnes: ⁊ super oia ⁊ in omnibus nobis. Cumq; hec legisset dixit ei senior Credis ita esse: an adhuc dubitas? Tunc ille exclamans dixit. Non est aliud quod verius possit credi sub celo. Statimq; illo disparente valerian⁹ a sancto vrbano baptisma suscepit.

¶ Secundū testimoniū quod habuit valerianus de veritate fidei: dicit angelica collocutio Rediens nanq; ad ceciliam illam cum angelo loquentem inuenit. Angelus autem duas coronas ex rosis ⁊ lilijs in manu habebat: ⁊ vnam cecilie: alteraz valeriano tradidit dicēs Istas coronas inmaculato corde ⁊ mundo corpore custodite quas de paradiso dei ad vos attuli: nec vnq; marcescent: nec odorem āmittēt nec ab alijs nisi quibus castitas placuerit videri poterunt. Tu autem valeriane: quia vtili consilio credidisti: pete quodcunq; volueris. Cui valerianus. Nihil mihi in hac vita dulcius extitit: q̄ vnicus fratris mei affectus. Peto igit vt ⁊ ipse meū veritatez agnoscat. Cui angelus. placet dño petitio tua: ⁊ ambo cum palma martyrij ad deū venietis.

¶ Tertiū testimoniū qđ habuit valerian⁹ ō veritate fidei dē fraternalis cōuersio. Ingressus nāq; tiburtius: frater valeriani. Cū nimiū rosarū sensisset odorem. Dixit. Miror hoc tpe: Roseus hodor ⁊ lilioruz vnde respirat? Cui valerianus Coronas habemus quas oculi videre nō prevalent: roseo colore ⁊ niueo candore vernātes. Et sicut me interpellante odorem sensisti. Sic ⁊ si crediderīs videre valebis. Cui tiburtius. In somnis hoc audio: an in veritate ista tu loqueris valeriane? Cui valerianus. In somnis vsq; mō fuimus: sed iam nunc in veritate manemus. Ad quē Tiburtius. Nñ hec nosti? Et valerianus. Angelus dei me docuit: quē tu videre poteris si purificatus fueris: ⁊ oibus idolis abrenunciaueris. Tunc cecilia euidenter ostendit ei oia idola esse speruenda. Ita vt Tiburtius diceret. Qui ista non credit pecus est Tunc cecilia osculans pectus eius dixit Modie fateor: te meum esse cognatū. Sicut enim amor dei fratrez tuū mihi coniugem fecit: ita te mihi cognatū faciet contemptus idolorum Vade ergo cum fratre tuo vt purificationem recipias: ⁊ angelicos vultus videre valeas. dixitq; Tiburtius fratri suo. Obsecro te frater: vt mihi dicas ad quem me ducturus es. Cui valerianus. Ad vrbanū epm. Cui tiburtius. de illo vrbano dicis qui totiens damnatus est ⁊ adhuc in latebris cōmorat? Tunc cecilia multa sibi predicauit de vita futura: de passione ihesu xp̄i: ⁊ alijs ad fidem pertinentibus. Quare tiburtius totus compunctus: fratri suo dixit. Miserere mei ⁊ perduc me ad hoiem dei: vt purificationē accipiam. Ductus ergo ⁊ purificatus angelos dei sepe videbat: ⁊ oia que postulabat protinus obtinebat.

¶ Quare fides cecilie fuit instrumentū vt fides xp̄i defenderetur triplici martyrio.

Capitulum.iij.

Tertiū mysteriū ptemplandū de fide bē cecilie dē defensionis. Fuit qppe instrumētū vt fides xp̄i triplici martyrio defēderet Primo martyrio valeriani tiburtij ⁊ maximi Scō martyrio suo proprio.
Tertio martyrio vrbani pontificis.

¶ Primo fides xp̄i sustentata fuit martyrio valeriani: tiburtij: ⁊ maximi. Nam post susceptuz baptisma: valerianus ⁊ tiburtius clemosinis insistebāt: ⁊ sanctoz corpora quos almachius prefectus occiderat: sepulture tradebāt Quos almachius ad se vocans: cur dānatos p suis sceleribus sepeliant: ingsiuit. Cui tiburtius. Vtinam serui essemus eorum: quos tu dānatos appellas: qui cōtemserūt qđ videt esse ⁊ nō est: ⁊ inuenerūt illud qđ nō videt esse ⁊ est. Cui pfectus. Quid nā est illud. Et tiburtius. qđ videt esse ⁊ nō est. est oē qđ in hoc mūdo est: qđ hoiem ad non esse perducit. Nō Vo non videtur esse ⁊ est. est vita iustoruz ⁊ pena malorum. Cui prefectus. Non puto q̄ mente rua loquaris. Tunc iubet astare valerianum dicens ei. Nñ non est sani capitis frater tuus tu saltem poteris sapienter dare responsum. Constat plurimum vos errare: qui gaudia respuitis ⁊ oia inimica gaudij affectatis. Tunc valerianus se vidisse ait. Blaciali tpe ociosos iocantes ⁊ operarios agricolas deridentes. Sed estiuo tpe dum adueniissent gloriosi fructus laborum gaudentibus illis: qui putabant vana ceperunt flere qui videbant vrbani. Sic ⁊ nos. Nunc quidē sustinemus ignominiā ⁊

laborem. In futuro aũt recipiemus gloriaz ꝛ eternã mercedẽ. Vos ãt nunc habetis transitoriũ gaudiũ. In futuro aũt eternũ inueniet interitũ. Cui prefectus. Ergo nos inuictissimi principes eternũ habebim⁹ luctũ ꝛ psone vilissime eternũ possidebunt gaudiũ. Cui Valerianus. Momentanee estis nõ principes tpe ro nati citius morituri: ꝛ deo rõnez plus oibus reddituri Dixit ãt prefectus. quid imoramur verbis. Offerte dys libamina ꝛ illesi abscedite. Sancti rñderũt. Nos deo Xo quotidie sacrificiũ exhibemus. Quibus prefectus. qõ est nomen eius. Cui Valerianus. Nomen eius inuenire nõ poteris: etiã si pennis volueris. ¶ Prefectus dixit. ergo nomẽ dei iuppiter non est. Cui Valerianus. Nomen est homicide ꝛ stupratoris. Ad quẽ almachius. ergo tot⁹ mũdus errat: ꝛ tu cũ frate tuo verum deũ nescis. Valerianus rñdit. nos soli non sum⁹: sed innumerabilis multitudo hanc sanctitatẽ recepit. Tradunt ergo sãcti in custodiã maximi Quibus ille ait. O iuuentutis flos purpure O germanus fraternitatis affectus. Quõ ad mortẽ quasi ad epulas festinatis. Cui Valerianus ait. Q⁹ si crederitis se promitteret: gloriã eoz p⁹ mortẽ videret. Credidit maxim⁹ ꝛ ois eius familia. Ac vniuersi carnifices crediderũt. Et a sancto vrbano qui illuc occulte venit baptisma susceperũt. Igit dum aurora finem daret cecilia pergens ad eos exclamauit dicẽs Eya milites xpi abijcite opera tenebrarum ꝛ induamini arma lucis. Quarto igit miliario ab vrbe sancti ad statuã iouis ducunt. Et dũ sacrificare nollent pariter decollant. Tũc maximus cum iuramento asseruit se in hora passionis eorum angelos fulgentes vidisse: ꝛ alas eoz quasi virgines de thalamo exeũtes quas in gremio suo in celũ angeli detulerũt. Almachius Xo audiens maximũ xpianũ effectu cẽ cũ plumbatis tandiu cedi fecit quousq; spũm exhalauit. Cuius corpus sancta cecilia iuxta valerianũ ꝛ tiburtiũ sepeliuit. ¶ Scõo fides xpi autenticata fuit martyrio ppzio beate cecile, Inquirens eni almachius facultates Valeriani ꝛ tiburtij: ceciliaz coram se fecit astare. Jussitq; vt idolis imolaret: aut sniam mortis acciperet. Cum autẽ ad hoc ab apparitoribus vrgeret. ꝛ illi vehementer fleren: eo q; puella tam decora ꝛ nobilis vlt: o se morti traderet. Dixit ad eos. Hoc boni iuuenes non est iuuẽ tutẽ perdere: sed mutare. Multaq; eis de fide xpi ꝛ futura vita beata persuasit. Quare exclamantes illi dixerunt. Credimus xpm verum esse deum qui talẽ famulã possidet. Vocato ẽ vrbano epo quadringẽti ꝛ amplius baptizati sunt. Tunc almachius sanctã cecilia ad se aduocans: diutius cũ ipsa de fide cõtendit. Tandem ab ipsa rõnabiliter superatus iussit illaz ad domũ suam reduci. Jbiq; tota nocte ꝛ die buliente balneo concremari: que quasi in loco frigido manfit: nec modicuz saltem sudoris p̃sensit Q̃ cũ audisset almachi⁹ iussit eã in ipo balneo decollari: quã spiculator tribus ictibus in collo percussit: sed tñ caput eius amputare non potuit. Et q; decretũ erat ne quartã percussionẽ decollandus acciperet: eã semiuiuentem cruentus carnifex dereliquit: p triduũ aũt superuiuens: oia que habebat pauperib⁹ tradidit. Et oẽs quos ad fidẽ cõuerterat vrbano epo cõmendauit dicens. Triduanas inductias mihi postulaui: vt hos tue beatitudini cõmendarez: ꝛ hanc domũ meã in ecclesiã p̃secrares Sanctus autem vrbanus corpus eius inter episcopos sepeliuit: ꝛ domum suam vt rogauerat in ecclesiã cõsecrauit. ¶ Tertio fides cecilie fuit defensata martyrio bti vrbani. Hic vt legitur in officio eccl̃ic: fuit natione romanus: ex patre pontiano: qui sedit annos octo menses vndecim: dies vndecim. ¶ Post multa Xo ab eo circa cõuersionẽ paganoz laudabiliter gesta. Almachius p̃nosiatus inquiri eũ fecit ꝛ in quodã antro cũ tribus p̃sbyteris: ꝛ tribus diaconibus reperit: ꝛ in carcerẽ missus est. ¶ Post hoc plũbatis cũ socijs cesus est: ꝛ iteruz in carcere reclusus: vbi tres tribunos ad se venientes cuz custode carceris anolino sanctus vrbanus baptizauit. Audito q; anolinus xpianus factus esset: prefecto reſistitur ꝛ sacrificare renuens decollatur. Sanctus Xo vrbanus ꝛ socij capitalem sniam acceperunt. Sed statim almachius a demone arripitur ꝛ deos suos blasfemans ꝛ xpianos inuitus magnificãs a demone suffocat. Quod eius vxor mamernia videns cũ filia sua lucina ꝛ tota familia a sancto fortunato p̃sbytero baptizmũ susceperit: ꝛ post hoc sanctoz corpora honorifice sepeliuit. Ecce quales fructꝰ produxit fides cecilie cuius exẽplo miraculis ꝛ doctrina: tanta multitudo peruenit ad christum. Merito igitur desponsauit eam: tribuitq; coronam eterne beatitudinis. In qua gloriosa residebit per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Sermo septuagesimusseptimus de fide inui-
ctissima beate lucie virginis siracusane.

VEnit sponsus et que parate erant intrauerunt cū eo ad nuptias. Verba sunt redemptoris nr̄i: originaliter Matthei.xxv.ca. et in euangelio hodierno. Promittit merces eterne vite oibus qui credunt in xp̄m filiū dei de virgine natū. Vnde saluator ipse Joānis. iij.ca.dicebat. Exaltari oportet filium hoīs: vt ois qui credit in ipso nō pereat: sed habeat vitam eternā. Et. vj.ca. Hec est voluntas patr̄ mei qui misit me: vt ois q̄ videt filiū: et credit i eū habeat vitā eternā. Et iterū eodē ca. Amē amen dico vobis: qui credit in me habet vitā eternā. Et. xj.ca. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me etiā si mortuus fuerit viuet Et ois qui viuit et credit in me non morietᵉ in eternū. Et eodē ca. Si crediderīs videbis gloriā dei. Propterea btissima virgo lucia fidei iesu xp̄i p̄ sue aie ornamēto suscipiens: ad nuptias delicatas paradisi peruenit. Qua de re ipsā laudibus p̄sequi cupiētes: In solēnitate eius: ad suā fidē vertemus sermonē. De qua tria mysteria proponimus contemplanda.

Primū dr̄ infusionis.

Scōm roborationis.

Tertiū consūmationis.

¶ Qualiter fides infusa fuit aie beate lucie a deo: et quō meritoriū est credere: et q̄ fides informis sit donū dei. Capitulum.j.

PRimū mysteriū contēplandū de fide beate lucie dr̄ infusiōis. Mā fuit in ea viua fides et formata: qm̄ deus infudit illā ei⁹ mēti atq; feruent xp̄m cōfessa est: in quē p̄fecte credidit. Sed in hac parte tria dubia declarem⁹. Primū vtrū credere sit meritoriū.

Scōm vtrū fides sit aie infusa a deo.

Tertiū vtrū fides informis sit donū dei.

¶ Ad primū dubiū rndet Aug⁹ sup Joannē dicens. Sicut in radice arboris nulla apparet spēs pulchritudinis: et tū qcqd ē i arbore decoris ex illa p̄cedit. Sic ex fidei būilitate: qcqd meriti: qcqd btitudis aia susceptura est: ex fidei fundamēto p̄cedit. Sctus Xo Tho.ka fe q.iij.ait. Q̄ actus nr̄i sūt meritorij: inq̄tū p̄cedūt ex libero arbitrio moto a deo p̄ gr̄az. Ex q̄ ois actus būanus q̄ subijcit libero arbitrio si sit relatus in deū p̄t esse meritorius. Ipsuz āt credere est actus intellectus assentiētis veritati diuine: ex imperio volūtatis a deo mote p̄ gr̄az. Et sic subiacet libero arbitrio in ordie ad deū: vñ actus fidei p̄t esse meritorius. Sz ꝺ obijcit aliquis sic. Ille q̄ assentit alicui credē do: aut hz cām sufficienter inducentē ipsuz ad credendū: aut nō. Si sic tūc nō videt̄ h̄ ei eē meritoriū: q̄ nō est ei iā liberū credere: et nō credere. Si āt nō hz sufficiens inductiuū ad credēdū: tūc leuitatis est credere. Iurta illud Eccle siastici.xix.ca. Qui cito credit leuis est corde: et sic non videt̄ meritoriū esse. Ad hoc ita rndet Tho. Q̄ ille qui credit hz sufficiens inductiuū ad credēdū. Inducit̄ eni auctoritate diuine doctrine miraculis p̄firmate: et q̄ plus est interioꝛi instinctu ducit̄ dicentis: vñ nō leuiter credit: q̄ tñ nō hz sufficiēs inductiuū ad sciendū iō n̄ tollit̄ rō meriti. ¶ Scōm dubiū fuit vtr̄ fides sit infusa aie a deo. Et ad h̄ rndet ap̄lus ad Ephesios.ij.ca.dicens. Bīa saluati estis per fidē et non ex vobis: dei eni do.ū est. Notandū tñ fm Tho.ka fe.q.vij. Q̄ ad fidē duo requirunt̄. quoꝝ vnū est: vt hoī credibilia proponant̄: qō requirit̄ ad hoc q̄ hō aliquid explicite credat. Aliud āt qō ad fidē requirit̄ est assensus credentis ad ea que proponunt̄. Quantū ergo ad primū hoc necesse est: q̄ fides sit a deo. Ea eni que sunt fidei excedūt potētiā humanā. vñ nō cadūt in contēplatōne hois: siue cognitione nisi deo reuelante. Sed quibusdā quidē ūmediate reuelant̄ a deo: sicut sunt reuelata ap̄lis et p̄phetis. Quibusdā āt p̄ponunt̄ a deo mittente fidei predicatores. Quātū ẋo ad scōm. s. ad assensū hois ad ea que sunt fidei p̄t cā cōsiderari duplicit̄. Vna quidē ex ter⁹ inducēs: sicut miraculū visū: vel p̄suasio hois fidē docentis: quoꝝ neutꝝ est sufficiens cā videndū eni idē miraculū et audiendū eandēq; predicationē siue doctrinā: quidā credūt: quidā nō credūt. Et iō oportet ponere aliā cām interiorē: q̄ mouet hoīem interius ad assentiendū his: que sunt fidei: hanc āt cām pelagiani ponebant solū liberum arbitriū hois. Et p̄pter hoc dicebant q̄ initium fidei est ex nobis inquātū. s. ex nobis est: q̄ parati sumus ad assentiendū his que fidei sunt. Sed consūmatio fidei est a deo: p̄ quē nobis p̄ponunt̄ ea que credere debemus. Sed est falsū: q̄ cum homo assentiendo his que sunt fidei eleuetur sup naturā suā: oportet q̄ hoc insit ei ex supnaturali principio interius mouente: qō est deus. Et iō fides ẽ̄tū ad assensū q̄ est p̄ncipalis act⁹ fidei

lupos:ac leones ferocientes acceperat. Quoꝝ nonnulli diuinam in virgine sapientiaꝫ admirati. Distributis mox inter christi ,pauperes q̄ possidebant substantijs accepta domini cruce vitam deinde euangelicam egerunt. ¶ Secunda gratia fuit pphetica infusio. Et de hac ſPius papa inquit. Fuit in ea spiritus pphetie ⁊ multa predixit anteqꝫ fierent ⁊ occultissima reuelauit. hec ille. In legenda vero ipsius multa scripta sunt ex quibus aliqua enarremus. Fuit in ciuitate senensi: quidam nobilis miles dictus dominus Nicholaus de sarracenis q cuꝫ alꝰ i multis locis fuisset in armis: ⁊ tandeꝫ ad suam ciuitatem Senarum redijsset a sua vxore monebatur vt loqueret cum catherina. Ꝺ cum ille facere ptempsisset: vxor catherine illuꝫ vt pro eo oraret deuotissime cōmēdauit. Quadā itaqꝫ nocte catherina militi in somnis apparuit: eūq monuit: vt si saluari cuperet vxoris monitis assentiret. Qui euigilans visioneꝫ vxori retulit: ⁊ inde ad catherinam se contulit: cuius colloquio ⁊ sancta presentia compunctꝰ ſm virginis consilium ad confitenduꝫ sua peccata processit. Quo facto ad catherinam redijt asserens sec confessū sua peccata sacerdoti. Interrogatus ab ea an omnia retulisset: cum ille affirmaret q̄ sic: vocato ad partē peccatū q̄dam enorme ab eo dimissum in ꝓfessione: q̄ apulia secrete cōmiserat distincte narrauit. De quo ille admirans: ⁊ peccatū illud confessus fuit ⁊ catherinam deuotione singularissima coluit. Ꝺ frater thomas de fonte primus catherine confessor ⁊ frater georgius pergerent ad monasterium sancte agnetis de monte poliano: in itinere capti fuerunt a quibusdā latrunculis: deductiqꝫ fuerūt ad latebrosa nemora vt ibi occiderent. Tunc frater thomas cū lachrymis dicere cepit. Ꝺ filia catherina tuis orationibus succurre nobis, in hoc tam crudeli periculo. Quibus verbis ,patis latrūculi talit sūt immutati: q̄ nō modo vitā sed cuncta que illis abstulerāt restituerunt: ⁊ ita ad monasterium quo ibant icolumes perueneruꝫ. Cum autem postmodum Senas redijssent cōperijt predictus frater thomas: q̄ in illo puncto in quo inuocauerat catherinā: ipsa socie dixit: pater meus me vocat: ⁊ scio q̄ magna necessitas eū vrget: ⁊ hoc dicens ad locum orationis accessit. Ex cuius virtute creditur latrunculoꝝ illoruꝫ fuisse mentes mutatā. ſPredixit futuꝫ scisma post mortē gregorij vndecimi: ⁊ alia plurima prenunciauit: que videre poteris in legenda. ¶ Tertia gra qua catherina sublimata fuit dē consolabilis visio. Supnaturalibꝰ quippe visionibus a dño meruit consolari: que vt in pluribus sibi fiebant: in raptu ⁊ extasi mentis: de quo sic refert ſPius. Rapiebaꝫ sepe a spū ⁊ in aere suspensa: diuinis cōtēplationibus pascebatur: adeo extra se acta vt expūcta percussaqꝫ nihil omnino sentiret. hec ille. Ꝺbmissis vero multis visionibus eius: eā vnā referā: p quas inter minores ⁊ p̄dicatores ꝓtentio videt error ta. Cū catherina esset in ciuitate pisana: ⁊ quodā mane in ecclesia sancte christine cōicasset: ac iuxta altare rapta maneret i spiritu: postqꝫ diu sic steterat: vidit xp̄m cruci affixuꝫ magno sup se cum lumine descendentē: radiosqꝫ sanguineos ex suis quinqꝫ sacratissimis cicatricibus emittentē. Cūqꝫ tūc videntibus pluribus vtriusqꝫ serus ipsam expectantibus: virgo se erigeret: ⁊ super genua sua stans facie rutilāte brachia eleuasset ac manus: oraretqꝫ ne cicatrices in corpe suo apparerēt exterius: tūc ex radijs sāguinibus in solaribꝰ imutatis a cicatricibus crucifixi ,pedētibus ⁊ ad manus pedes ⁊ ad cor illius puenientibus valde itrinsecus dolor sēsibilis in dictis partibus corporis ē relictus. Ex quo cū corpus eius diu sic staret rigidum ⁊ oculis clausis tandeꝫ ccidit ac si fuisset letaliter vulneratum. ſPost modicuꝫ ad se reducta tanto dolore ꝓcuciebatur: vt a cūctis putaretur in breui moritura. Dominica vero sequenti ibi communicans a dolore extitit liberata. Ex visione pretacta in plerisqꝫ locis nonnulli sanctam catherinam suscipientē stigmata a xp̄o depingi fecerūt: qui si ea intentione id egerint: vt p visibilia inuisibilia cognoscātur: ⁊ per picturā illā visibilem dolor eius inuisibilis ꝛ sensibilis designet: forte nō obstante errore inde sequente: quo credi posset stigmata eaꝫ visibilia suscepisse tolerari vtiqꝫ possent. Sed si hec facta sunt: vt sic equipareꝫ btō francisco cui soli vsqꝫ in presens singulari mō stigmata diuinitus sunt impressa vtiqꝫ reprehēsibile est Mā vt diri in sermone de sacris stigmatibus beati francisci. Inter miracula grandia nostre fidei francisci consignatio supremum obtinet gradum. Fuerunt quippe stigmata ⁊ visibilit ⁊ sensibiliter a xp̄o sibi impressa. Tulit illa duobus annis continuis: ⁊ in vita ⁊ in morte etiā a viris sanctis ⁊ grauissimis visa ⁊ tacta. Sūmi pontifices Bregorius nonus: Alexander

ḡrtus: Benedict⁹: Micholaus: ⁊ alij illa appro
bantes fatentur singuli miraculo in franciscī
pedibus manibus ⁊ latere fuisse depicta: ab eo
artifice sapientissimo qui creauit celum ⁊ ter
ram. Quid vero de cetero sit facturus cuius ar
chana: nisi ipso reuelante perscrutari nequim⁹
ipse nouit. Vnum scio ⁊ quidez absq; vllo er
rore: q franciscus vsq; ad presens electus fuit
a domino iesu xpo vt in corpore proprio veri
lum crucis biennio: anteq; spiritum redderet
celo deferret. Non derogēt ista dignitati bea
te catherine: nec alterius sancti. Ego peccator
qui hunc sermonem confeci sanctā ipsam de
uotione qua possum ⁊ colo ⁊ veneror. Eramq;
rome Anno domini. M. cccc. lxj. Anno tertio
Pij pontificis maxumi. Quando pontifex p̄
fatus spiritu sancto volente sanctam catheri
naz solēni celebritate canoniçauit. Nulla tunc
a referentibus ⁊ vita ⁊ miracula catherine de
stigmatibus facta est mētio. Nulla pictura cū
stigmatibus fuit delata. Nulla insuper in bul
la quam superius frequenter allegauimus de
stigmatibus mentio habita est. Ego insup ea
die canoniçationis sermonem ad populuz ha
bui: post prandium in ecclesia minerue ordinis
predicatorꝝ. Inspexi legi ⁊ quidem sepius om
nia que scripta erant de laudibus huius sācte:
nil aliud inuenire potui: nisi quod superius ex
pressum est de illo dolore quē tulit absq; signis
in suo extatico raptu. Et si nomine stigmatuz
dolorem illum intelligi volumus: non tamē in
illo continentur ⁊ includunt conditiones mi
raculose stigmatum beati francisci. Igitur cuz
deus non egeat nostro mendacio: ea ꝓferam⁹
de sanctis que ꝑm rei veritatem non iuentio
nem hominū illis possūt accōmodari. Fuit ca
therina: vt patet ex dictis: ⁊ ex his que sequen
tur amplissimis priuilegijs ⁊ gratijs decorata
Sed stigmatū specie non fuit vt frācisci isi
gnita. Que si ad nos gloriosa rediret: dura ire
patione feriret illos qui sub specie pietatis mē
dacijs vellent suam gloriam ampliare. Oro ta
men patres meos predicatores ⁊ minores ne
populos scandaliçent. Quibus tam multa mi
ra de sanctis se offerunt ⁊ precipue de catheri
na vt mendacia: ⁊ ꝓpter se ipsa ⁊ propter veri
tatis abundantiam deserere ⁊ detestari cogan
tur. ¶ Quarta gratia beate catherine de suā
nis cibatio: vsu nanq; ⁊ frequentia sacramen
ti tanta suauitate consolationeq; spūs repleta
fuit: vt asserat sic de illa Pius vbi supra. Inuē
ta est aliquando a die cinerum vsq; in penthe
costen ieiunium ꝑdurisse: sola eucharistie cō
munione contenta per annos circiter octo mi
nimo herbarum suco: coq; paruz retento ⁊ cō
munione sacra sustentata est. Ad cibum quasi
ad supplicium pergebat. Ad communionez al
taris: quasi ad celestes nuptias inuitata esset
summa cum alacritate proficiscebatur. hec ille
Tam efficax erat eius ad sacramentuz illud i
effabile reuerentia: vt mens Bregorij. xj. fle
cteretur ad concedendū catherine q̄ posset elu
gere confessorem: qui eam absolueret: ⁊ sibi eu
charistiā ministraret: ⁊ cū altari viatico absq;
alia licentia ad nutum catherine celebraret.

¶ Quinta gratia ⁊ ꝓrogatiua singularis bea
te chaterine: fuit miraculosa coruscatio. Fecit
illam deus in vita ⁊ morte multis clarere mi
raculis. Ex quibus aliqua explicabimus. In ci
uitate Senarum quedaz nobilis domina Ale
xia habitum ordinis de penitētia suasu cathe
rine recepit: que illam coegit vt secuz in domo
sua cōmoraretur. Contigit autem ex charistia
tunc illos de domo prefate domie alexie vesci
panibus farine putride. Superueniente triti
co nouo consuluit alexia catherinam: an certū
residuum in prefate farine ꝓijciendum foret. Que
nequaq; proijciendum asseruit: sed parari aquā
iussit ⁊ farinam afferri. Intriuit ergo primo
massam: ⁊ tandem panes de parua quantitate
illius farine quouis etiam expulso fetore tam
celeriter ⁊ tot confecit: quot de ḡdruplici aut
quintuplici quantitate fere tot facti fuissent:
cum stupore sororis Alexie ⁊ aliorum de do
mo. Cum autem panes de clibano deportati
fuissent. inuenti sunt adeo sapidissimi: vt om
nino immutatio saporis ad miraculum proce
deret. Et cum daretur de ipsis panibus paupe
ribus ⁊ fratribus atq; illos comederent: om
nibus de domo suffecerunt diebus pluribus:
etiam in archa multiplicati. De quibus aliqui
a quā pluribus sunt tam pro reliquijs q̄s in ar
gumentum miraculi reseruati. Tempore etiaz
quo catherina fuit in vrbe: ⁊ ibi in regione co
lūpne cum sua familia viueret de mendicita
te ⁊ nihilominus aduenientes hospites recipie
bat: ita vt continuo quasi triginta persone in
domo sua comederent. Contigit semel q̄ die
quodam deficiēte pane q̄ cū catherine fuisset
renunciatū mandauit vt sic ad mensā se pone

rent: ⁊ modico pane qui ibi reperiebatur in/ciperent comestionem. Ipsa vero ad oratione accessit. Quid plura? Edentibus illis famelicis ⁊ ieiunis: panis ille modicus suffecit oib⁹ abū danter. Tantūq; etiā supfuit: vt ex illo plures elemosyne pauperibus largirent. Dum cēt in ciuitate senax: audiens quendam dñz matthe um rectorē hospitalis misericordie sibi deuo/tissimum ex morbo pestilenti grauiter egrota/re: accessit ad eum dixitq; cum magno feruo/re. Surgatis dñe matthee surgatis: q; non est tempus in lecto quiescēdi: mox ad eius vocem febris ⁊ inguinis apostema prefatū penit⁹ di/miserūt: Sanauit ⁊ multos alios peste pcussos sua oratione fideli. Sicut fuerūt magister ray mundus ⁊ magister bartholomeus catherine confessores. Et ne singula cōplectamur: ita de ipsa loquitur ℣ius. Magnū ⁊ sanctū erat in plebibus catherine nomen: vndiq; ad cā egro ti ⁊ maligni verati spiritibus deducebant. Et multi curabant lāguoribus ⁊ febribus. In xpi noīe imperabat ⁊ demones cogebat ab obses/sis abire corporib⁹. ℣propter quas res duob⁹ romanis pontificibus Gregorio vndecimo ⁊ Vrbano sexto acceptissima fuit adeo vt lega/tionibus eox fungeretur: multisq; ⁊ magnis spiritualibus gratijs ab eis donarē. Nec ibi. Vbi adhuc interserit quedā que nō nisi virtu te dei cooperante per catherinā fieri potuisset Ait.n. Dissidentes summo studio cōponebat: multa extinxit odia: ⁊ mortales inimicitias: p pace florentinox qui cum ecclesia dissidebāt ⁊ interdicto suppositi erāt ecclesiastico. Appenni nū ⁊ alpes transire atq; vsq; in auimōem ad Gregorium vndecimū ꝓficisci nō dubitauit cū votū suū ipse grego. de petēda vrbe roma i occulto factum: ⁊ soli sibi ac deo notum sese di uinitus cognouisse mōstrauit. ¶ Sexta gratia qua deus catherinam sublimauit: dicit fēlix re uelatio. Cū.n. in vrbe romana ipsa post multa signox experimenta exhortatiōes spūales alia q; exercitia religiosa moriētiū dñica die circa horā tertiā die. xxviij. aplis. M.ccc.lxxx. mi/grasset ad patrē. Eadem die magister raymū/dus vltimus eius cōfessor i pucutu Januensi erat dispositione pilas deide bononiā ad capi tulū generale pgere: deprecabaq; xpi matrem coram quadā imagine vt eū ꝓtegeret a piculis Mox quandā voce audiuit dicentē sibi. Ne timeas: q; ego sum hic pro te: ego sum in celo ꝓ te Ego te ꝓtegā sis securus. Et hesitans ꝓ tunc vnde vox ꝓdiret: tandē inuenit qualiter eadem hora catherina migrauerat: puenit tan dem prefatus magister bononiam vbi magi/ster generalis canonice fuit electus: quod iā si/bi catherina indubitanter ꝓdixerat: vt autem sequitur ℣dius i bulla. Tactu corporis eius p⁹ illius felicē transitū pleriq; egroti salutem cō/secuti sunt adeo vt nōnullis saluti fuerit: ea te/tigisse que sacrata catherine membra tetigere ℣postea vero virgo ipsa iam celo recepta vo/ta supplicantium benigne audiuit: ⁊ vt a spon so ⁊ domino suo xpo saluatore craudirent cu/rauit. Multi enim ex diuersis egritudinibus curati sunt: qui audita beate chaterine glorio/sissima fama eius patrocinium supplices peti/uere. hec ille. ℣placuit itaq; benignissimo deo sponse sue gloriam inumeris vt sic dicā vsq; in presentem diē miraculis manifestare. ¶ Se ptima catherine gratia ⁊ prerogatiua singula/ris est dicta solēnis canoniçatio. Rome siqui/dem in basilica beati petri apostolorum princi pis astāte populo ⁊ clero habitoq; sermōe ab ipso pio pōtifice de vita ⁊ miraculis eius mis/sarū solēnijs celebratis ⁊ consuetis cerimōijs rite peractis ad canoniçationem sancte ꝓces/sit: sub his verbis. Ad honorem omnipotētis ⁊ eterni dei patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti: ad exaltationem fidei catholice ⁊ christiane reli/gionis augmentuz: auctoritate domini nostri iesu xpi ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apostolorum eius ac nostra: Catherinam Senensez illustris ⁊ indelibilis memorie virginem: cuius corpus in ecclesia predicatorum que de minerua dicit hic rome iacet in celesti hierusalem inter bea/torum virginum choros: quando id sua virt⁹ diuina suffragante gratia meruit: iam pridem fuisse receptam: ⁊ eterne glorie corona donatā de fratrum nostrorum cōsilio declaramus eā/q; tanq; sanctam publice priuatimq; colēdaz esse decernimus ⁊ diffinimus: atq; in sanctax cathalago virginuz: quas romana veneratur ecclesia redigi ⁊ ascribi mandamus. Statuen/tes festum eius singulis annis: prima mensis madij dominica die ab vniuersali ecclesia cele/brandum esse. Sicq; deus in sanctis suis admi rabilis catherinam in vtraq; ecclesia triūphā/te. s. ac militante sublimiter exaltauit. Quē de/precemur: vt illius meritis intercuenientibus: dignetur ⁊ nos ascribere beate vite. Qui sit be nedictus in secula seculox Amen.

Finis.

¶ Sermo de sancto bernardino predicatoruz nostri temporis principe.

DIlectus deo et hominibus: cuius memoria in benedictione est. Sapientis verba sunt ista originaliter Ecclesiastici.xlv.ca. Et in epistola hodierne festiuitatis. Vellem hoc tempore tanto eloquentie splendore fulgere vt non solum alterum demosthenem principem oratorum grecie: aut Ciceronem latinum me putarēt omnes astantes: sed angelum crederent de celo missum vt fari possem eximias laudes illius sancti bernardini qui sua predicatione nomē glorioſum iesu xpi mirabiliter exaltauit. Ipse quippe alter paulus t vas electionis christianam religionem sua doctrina reformauit. Ipse italie populos per abrupta vitiorum deuiantes ad semitam virtutum t iusticie reduxit. Ipse deniqz religionem sacram minorum numero t sanctitate adaurit. Merito itaqz in eius solemnitate preconia predicationis eius enarrare debem⁹ Ob illam nanqz deo t hominibus dilectus est t memoria eius benedicta in sempiternū manebit. De qua in presenti sermone tres excellentias proponimus declarandas.

Prima dr cōmendationis.

Scōa conditionis.

Tertia honorationis.

¶ Qz cōmendatur predicatio sancti bernardini: propter humilitatem: charitatē: t patientiam. Capitulum.j.

PRima excellentia predicationis sancti bernardini dr cōmendationis. Sua qppe predicatio satis est cōmendanda. Et maxime propter tria.

Primo propter humilitatem.

Scōo propter charitatem.

Tertio propter patientiam.

¶ Primo cōmendatur predicatio sancti bernardini propter humilitatem. Non enim predicauit presumptuose aut superbe se ingerēs sed missus. Officium nanqz predicatorum officium est angelorum: quia sicut angeli annūciāt diuina: ita t predicatores de quibus Dauid in ps. ait. Annunciauerunt opera dei. Angeli autez non ex se veniunt: sed vt dicit Apostolus ad Hebreos.ij.ca. In ministeriū missi sunt. Sic t predicatores. Quomodo predicabūt ait Apostolus ad Romanos.x. Nisi mittantur. Qz autem Isaias non vocatus se obtulit ad predicanduz cum dixit. Ecce ego: mitte me. Isaie.vj.ca. Et contra cum Jeremias mitteretur a deo se excusauit dicēs. A a a dñe deus: Ecce nescio loqui. Jeremie.j.ca. Et si diuersa vox extra prodijt: non tamen a diuerso fonte dilectionis emanauit. Duo quippe sunt precepta charitatis vt ait Gregorius. Amor scilicet dei t proximi. Per actiuam vitam p̄desse proximis cupiens Isaiam officium predicationis appetijt. Per contemplationem vo Jeremias sedule amori conditoris inhere re desiderās ne mitti ad predicandū debeat cōtradicit. Dō laudabiliter vnus appetijt: & laudabiliter alter expauit. Iste ne tacite contēplationis lucrum loquendo perderet. Ille ne damna studiosi operis tacendo sentiret. Sed hoc in vtrisqz est subtiliter intuendum quia e is qui recusauit plene non resistit: t is qui miti voluit ante se per altaris calculum purgatū vidit. Et paulo supra Gregorius dicit. Sicut loco desiderio occupationem fugere debem⁹: ita si desit qui predicet occupationis onus libenti necesse est animo subire. Hec omia. viij q.j.ca. In scripturis. Et quia difficile est t earum videre se purgatū. Quia nemo scit vtrū odio vel amore dignus sit vt dicitur Ecclesiastes.ix.ca. Ideo nullus debet presumere ex se ire ad predicandum. Sed expectare debet vt mittatur vel a deo vel ab ecclesia. vnde de Joanne baptista dicitur Joannis.j.ca. Fuit homo missus a deo. Non tamen creditur alicui dicenti se missum a deo qui ab ecclesia non est missus nisi probet per miraculum sicut Moyses: extra de hereticis.ca. Cum ex iniuncto. Et argumentū de con.di.ij.ca. Reuera. Sic fuit missus Equicius cui apparuit in somnis angelus t eum ad predicandum misit. xvj.q.j.§. Hoc idem. Ab ecclesia autem mittitur quis vel ordinarie vt quilibet curatus saltem quo ad subditos. Ad rectores enim ecclesie maxie pertinet predicare per se vel per alium subditis suis. vnde primis rectoribus dixit christus Marci vltimo ca. Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium omni creature. Et Gregorius dicit in pastorali. xliij.di.ca. Si rector. Officium predicationis suscipit quisqs ad sacerdotium accedit vt ante aduentum iudicis qui terribiliter sequitur ipse scilicet clamando gradiatur id est predicando. Et loquitur Gregorius de curatis. Qui etiā figuram

inducit. Exodi. xxviij. ca. vbi dicitur. ꝙ sacerdos ingrediens tabernaculum tintinnabulis ambiatur vt audiatur sonitus quando ingreditur ⁊ non moriatur. Quia vt exponit Gregorius dicto ca. Sic rector. Iram contra se occulti iudicis exigit si sine predicationis sonitu incedit. Et sic moritur spiritualiter. Vnde dominus Ezechieli prophete. xviij. ca. Fili hominis speculatorem dedi te domui israel. Si dicente me ad impium morte morieris tu nō annunciaueris ipse in iniquitate sua morietur. Sanguinem vo eius de manu tua requiram. Confirmat idem Nicholaus papa. xliij. di. Dispensatio inquit celestis seminis nobis iniūcta est: vbe si nō sparserimus: vbe si tacuerimus. Vel ab ecclesia mittitur quis ad predicandum ex priuilegio vt predicatores ⁊ minores: Augustinenses carmelite: ⁊ seruite saltez in ecclesijs suis. In alijs ecclesijs non nisi vocati: Et hi etiam debent mitti a prelatis suis. De quibus fit mentio in clementina dudum de sepulturis. Qui autem vocatus seu missus ad hoc pertinaciter recusat: ab ecclesia ⁊ deo contemnitur. Quod figuratum fuit in eo qui nolebat ducere vxorem fratris mortui: ⁊ propterea discalciabat vno pede vt exponit Augustinus. viij. q. j. ca. Olim. Nunc inquit euāgelij quisqz predicator ita debet in ecclesia predicare siue laborare vt defuncto fratri id est christo suscitet sanctum qui pro nobis mortuus est. Et quod suscitatum fuerit eius nomen accipiat. Vt igitur ad sanctum bernardinum conuertamus sermonem. Ipse sicut experientia facti manifestauit a deo electus ⁊ a prelatis ordinis per obedientiam astrictus officiuz predicandi suscepit. Natus enim in ciuitate massa prouincie thuscie ex honestissimis parentibus patre videlicet tollo ⁊ matre niera nobilibus senensibus ante completum septenniuz vtroqz parente orbatus remansit sub cura ⁊ regimine cuiusdam venerabilis domine sozoris matris eius cui nomē erat diana: que puerulum indurit ad virginis gloriose precipuaz deuotionem. Et operam dedit vt litteris vacaret ac moribus bonis. Creuit autem de virtute in virtutem honestus affabilis ⁊ pauperibus liberalissimus. tantaqz fuit in eo aptitudo ingenij ⁊ subtilitas intellectus ꝙ ante cōpletū annū quintūdecimū in grāmatica logica ⁊ morali phia satis mediocriter fuit instructus. Indeqz ceptu lectionē iuris canonici frequentare. Eratqz vita eius ita munda vt oībus alijs cederet in exemplum. Nam vt retulit mihi quidam vir fidedignus cancellarius dominj senensis nomine leonardus qui consocius eius fuerat in scholis in etate illa adolescentie ad maluz prona. Nullus audebat coram bernardino verbum turpe aut lasciuum proferre. Quinimo si quandoqz alij adolescentuli ⁊ scholares absente bernardino aliqua inter se verba ociosa referrēt si vidissent ex post bernardinum aduenientē mox alter alteri loquebatur. Taceamus inquit quia bernardin⁹ venit. Quid plura. Anno etatis sue decimo octauo. Dum pestis truculentissima seuire ⁊ quasi in tota italia. In hospitali magno senē si iacebat multitudo egrotantium ex peste ⁊ vix erat qui illis ministraret. Nam ⁊ famuli omnes ꝑ maiorē parte ⁊ aromatarij ⁊ illo hospitali cōmorantes ⁊ capellani atqz alij plurimi peste percussi obierant. Erat illis temporibus rector hospitalis quidam vir deuotus ⁊ probus dñs ioannes de gēnaronibus qui videns sibi humanum decesse auxilium ad virginem pijssimam se conuertit: illam deprecans vt tam extreme infirmorum necessitati succurreret. O felix adolescentia bernardini. O ardētissima charitas cordis eius. O pietas omnibus posteris predicāda. Mox vt bernardin⁹ audiuit que de infirmis patientibus dicebantur monuit cōplures iuuenes ⁊ vna cum illis ad hospitale se cōtulit. Nec timuit mori. Nec horruit pestem. Neqz labores refugit. Manfuit ibi quattuor mensibus die noctuqz ministrās egrotis ꝓpter deū. Exinde cū pestis cessasset repetijt domū ⁊ quattuo: mensib⁹ egrotās quasi sp in lectulo iacuit. Adepta vo bona valitudine sensit ꝙ ꝗdā dña bartholomea soror patris eius ceca ⁊ surda ⁊ in lectulo valitudinaria neminē habebat qui illam iuuaret. Mox ad illā se contulit eiqz ꝑ plures menses vsqz ad mortem obsequiosissime ministrauit nulla fractus nausea nulloqz labore turbatus Mortua illa a deo inspiratus relicto seculo ⁊ oībus suis bonis paupibus erogatis bitum religionis minoz deuotus accepit in die nat⁹ uitatis virginis gloriose q̄ et die natus fuerat ex vtero matris. Anno etatis sue. xx. añ altare maius seti franciſci de senis. Quē habitū sibi dedit frater ioannes ristorij vir sctūs ⁊ in dei seruitio probatus. Inde ad locum de columbaria de voluntate prelatoz se contulit vbi in

omni deuotione ⁊ perfectione ac obseruantia regule suã nouiciatum expleuit. Facta ẏo ꝓfessione in die scilicet natiuitatis virginis oratione ⁊ studio litterarum se dedit. Et cum factus esset sacerdos primã missam in die natiuitatis virginis celebrauit. Qua etiaz die mãdato accepto a generali ministro de penitentia predicanda: primũ sermonem ad populuz habuit. ¶ Secundo cõmendatur predicatio sancti bernardini propter charitatem. ¶Predicauit enim ad honorem dei ⁊ salutez animaz. ¶Iste enim debet esse finis predicatoruz verbi dei. Nam qui propter cupiditatem predicant vel vanitatem ⁊ gloriam mundi figurantur per balaam. De quibus dicit ¶Petrus in.ij epistola. Secuti sunt viam balaam ex bosor qui mercedem iniquitatis amauit: correptionem ẏo habuit sue vesanie: subiugale mutum. Super quibus verbis dicit Bedda.ij.q.vij.ca.secuti. ¶ Et multi catholicorum intantum amant mercedem iniquitatis vt etiaz docti ab indoctis: clerici a laicis merito redarguantur. Qui iure comparantur prophete qui verbis a fine contra naturam loquentis corripitur: nec tamen a propheta primi operis retardatur. hec ille. Quanuis tamen predicatores nõ debeãt predicare principalit propter temporalia habenda. Alias tanq̃ venditores boum de templo eiciuntur. Debet tamen populus subministrare eis necessaria iuxta illud.j. ad Corin. ix.ca. Non alligabis os bouis triturantis. vñ Hieronymus.xvj.q.j.ca. penultimo ait. Apostolicis viris ⁊ euangelicãtibus in necessarijs vsibus nolle tribuere seipsuz condemnare est. Et Augustinus in libro ō baptismo paruulorum. Non est venale euangelium vt pro temporalibus predicetur. Qui enim sic vendunt magnã rem vili vendunt. Accipiant ergo predicatores sustentationem necessitatis a populo: mercedem dispensatõnis a deo. Non enim a populo redditur quasi merces illis qui sibi in charitate euangelij seruiunt: sed tanq̃ stipendiũ datur quo vt possint laborare pascant Hec ille. Et ¶Paulus.j.ad Corinthios.ix.ca. Quis militat suis stipendijs vnq̃. Et iteruz Si nos vobis spũalia seminamus non magnũ est si nos carnalia vra metamus. Et iterꝝ Dñs ordinauit his qui euangeliũ annũciant de euangelio viuere. Dixi hec oia pp indiscretionẽ quorundã populoꝝ qui vellent predicatores viuere de aere vel vento. Nolo tñ excusare predicatores cupidos ⁊ auaros ambitiosos honorum ⁊ dignitatum. Qui imitari debent sanctũ bernardinũ rerum temporalium contemptorem. Nam ⁊ ter vocatus ad episcopalem dignitatẽ minime acquieuit. Diuitias non congregauit dicens cum paulo Actuum xx.ca. Argentum aut aurum aut vestem nullius vestrum concupiui. Et Iz in oi vita sua verus fuerit paupertatis amator discipulusq̃ ⁊ filius beati francisci. Tamen illud est de ipso notabile inter cetera quod mediolani ostẽdit exemplum charitatis necnon ⁊ contemptus pecunie. Dum enim ibi populo diebus pluribus predicasset: illustrissimus dux eiusdem vrbis philippus eidem per fidelem nuncium multã auri copiam in elemosynam misit. Nuncius itaq̃ auri pondere reuerenter assumpto ad cõuentum fratrum festinanter accessit. Et pergens ad cellam sancti bernardini aurum sibi ex parte domini ducis benigne ⁊ reuerentissime presentauit. Ipse ẏo vir dei hilari vultu gratulanticq̃ animo predictum aureum munus ⁊ si in proprios vsus accipere recusaret: charitatis tamen zelo in redemptionem captiuorum ⁊ pauperum vsus misericorditer erbi bere decreuit. Accersito igitur quodaz probo venerandoq̃ ciue socioq̃ vocato sumptaq̃ ab ipso ciue pecunia ad carceres clam ⁊ incunctanter accessit ⁊ q̃plurimos inde captiuos redemit reliquãq̃ ptem pauperibus cũ magna animi hilaritate distribuit. Sciens autem illustrissimus ille dux que facta fuerãt sanctũ bernardinum mirabiliter cõmendauit. ¶ Tertio cõmendat predicatio sci bernardini propter patientiam. fuit enim patientissimus in laboribus in infirmitatibus ⁊ in persecutionibus Et vt de persecutionibus loquar: accusatus fuit tanq̃ hereticus ab emulis quibusdam martino quinto. Qui eum ad se venire precepit. Ante ẏo q̃ se contulisset ad vrbem sonabant vndiq̃ falsi rumores de sancto bernardino. Dicebant enim populi: veniet veniet ille hereticus. Alij cõburetur ille hereticus ⁊ familia. Dum ẏo vrbem intrauit ostendebatur digito ⁊ vnus alteri cachinando dicebat: hic hic ẽ ille. Ipse ẏo hec oia pro dei amore equanimiter tolerabat. Et tandem veritate inspecta ⁊ comperto clarissime q̃ non solũ catholicus foret sed etiã fidei catholice dignissimꝰ preco a pontifice gratiose visus est ⁊ auditus ⁊ cũ ei benedictione predicare cepit in vrbe. Tantam

Vo gratiaz deus oꝛi eius ⁊ verbis infudit: vt omnis populus confluꝛeret ad eum audiendū ac si fuisset angelus dei ⁊ quāto pꝛius nomen eius videbatur omnibus odiosum: tanto post ea cūctis vtriusqz seꝛus factum est venerabile ¶Pꝛedicauit sic multo tempoꝛe cum incꝛedibili animaꝛum fꝛuctu: qui etiam peꝛduꝛat vsqz ad tempoꝛa nostꝛa. ¶Passus est ⁊ alias peꝛsecutiones: eo q̄ semper viꝛtutes peꝛsequitur inuidia. A nonnullis emulis dicebatuꝛ litteꝛaꝛum ignaꝛus cuz tamen in scꝛipturis diuinis foꝛet cꝛuditissimus. Alij Vo quadꝛaginta sꝛmones duntaꝛat eum scire asseueꝛabāt. ¶Pleꝛiqz Vo cuꝛiosi ⁊ vana cloquētia tumidi ignaꝛum ineptum ⁊ impolitum fatebantuꝛ. Qui tamen in hoc dicendi genꝛe ⁊ in his que pꝛedicaꝛi debent pꝛo salute populoꝛum iꝛꝛepꝛehēsibilis eꝛat. Sed hoc non videꝛi debet miꝛum q̄ sibi homines flagitiosi detꝛaheꝛent: cū semper fuꝛeꝛit hominum maloꝛum consuetudo sanam doctꝛinā spꝛnere ⁊ detestaꝛi. Vnde Lactantius libꝛo. v. diuinaꝛum institutionuz de cypꝛiano sic ꝛefeꝛt. Vnus pꝛecipuus ⁊ claꝛus extitit cypꝛianus: qui magnam sibi gloꝛiam ex aꝛtis oꝛatoꝛie ꝓfessione queꝛieꝛat ⁊ admoduz multa conscꝛipsit in suo genꝛe mirāda. Eꝛat enim ingenio facili copioso suaui ⁊ que sꝛmonis maxima est viꝛt⁹ aperto: vt discꝛneꝛe nequeas vtꝛum ne oꝛnatioꝛ in loquendo an facilioꝛ in exꝛplicando an potentioꝛ in peꝛsuadendo quisqz fuꝛeꝛit. Hic tamen placeꝛe vltra veꝛba sacꝛamentum ignoꝛantibus non p̄ot: quoniam mystica sunt que locutus est ⁊ ad id pꝛeꝓaꝛata vt a solis fidelibus audiantuꝛ. Deniqz a doctis huius seculi quibus foꝛte scꝛipta eius innotuꝛeꝛint deꝛideꝛi soꝛet. Audiui ego quendam hominem diseꝛtum sane qui euz immutata vna litteꝛa cꝛpꝛianum vocaꝛet quasi qui elegans ingenium ⁊ meliꝛibus ꝛebus aptum ad aniles fabulas contulisset. Hec ille. De beato hieꝛonymo quid ꝛefeꝛem⁹ qui lumen splēdidissimum ecclesie fuit: ⁊ tamen dentes maligꝛoꝛum non euasit. Et vt ipse ad nepotianuz scꝛibit. ¶Peꝛ infamiam ⁊ bonam famam cꝛisti miles gꝛaditur. Nec laude extollitur: nec vituꝓeꝛatione fꝛangitur. ¶Peꝛ diem sol non vꝛit cum neqz luna peꝛ noctem. Impleuit ista sanctus bernaꝛdinus: qui dum falso sibi multa obijceꝛentuꝛ: ⁊ quandoqz contumeliose diceꝛentuꝛ in faciem: nunqz vultus hilaꝛitatem mutauit: nunqz veꝛbum pꝛotulit iꝛacundie. Sed in omnibus benedicebat deuz. Sicut acceꝓti ab his qui secum familiaꝛiteꝛ conuꝛsati sunt.

¶De sufficientia ⁊ pꝛudentia atqz stupenda efficacia pꝛedicationis sancti bꝛnaꝛdini.

Capitulum.iij.

Secunda excellentia pꝛedicationis sancti bꝛnaꝛdini dicitur conditionis. Habuit quidem sua pꝛedicatio tꝛes singulaꝛes conditiones.

¶Pꝛima dꝛ sufficientia.
Scōa pꝛudentia.
Tertia efficacia.

¶Pꝛima conditio fuit sufficientia. Tꝛia enī ꝛequiꝛuntuꝛ in pꝛedicante: vt populum inducat ad bene beateqz viuendum: fm Augustinum. iiij. libꝛo de doctꝛina cꝛistiana. ¶Pꝛimū est vt doceat. Scōm vt delectet. Tertium vt flectat ⁊ moueat. Et cum quis ista facit industꝛia aꝛtis ꝛhetoꝛice ad honoꝛem dei ⁊ salutez animaꝛum bene est ⁊ laudabile fm eundem Augustinum. Sed cum spꝛitus sanctus vtitur lingua pꝛedicatoꝛis vt instꝛumento ad ista efficiendū: sicut fuit in apostolis qui imꝓeꝛiti eꝛāt Tunc opus illud est gꝛatia gꝛatis data: que dicitur gꝛatia sꝛmonis ⁊ lingua angelꝛm. Et sꝛmo sapientie dicitur in locutione de diuinis. Sꝛmo scientie de humanis: vt de moꝛibus ⁊ vitijs ⁊ viꝛtutib⁹ ⁊ hmōi. fm Tho. xxij. q. clxxiij. ¶Peꝛfectius autem ista opeꝛatuꝛ gꝛatia q̄ natuꝛa vel aꝛs. Sed aliquando aptitudine naturali in pꝛedicatoꝛe existente ⁊ aꝛte ꝛhetoꝛice adinncta: aliquando etiam spꝛitus sanctus opeꝛatuꝛ plenius istud scilicet inductionem auditoꝛum ad faciendum que pꝛedicat. Hominis ergo est se pꝛeꝓaꝛaꝛe scilicet vt bene dicat. Deum autem diꝛigeꝛe linguā. Et vt dicit Augustinus in pꝛefato libꝛo de doctꝛina cꝛistiana. Sapientia sine eloquentia paꝛū pꝛofuit quo ad populos. Eloquentia sine sapientia multum nocuit. Est enim vt gladius in manu fuꝛiosi. Sapientia cum eloquentia multum iuuat ⁊ opeꝛatuꝛ. Sanctus bꝛnaꝛdinus pꝛedicādo docebat: quia ipse veꝛe doctus eꝛat vt etiam patet in sꝛmonibus quos compilauit. Delectabat etiam auditoꝛes: adeo vt vniuꝛsaliteꝛ omnes veꝛbis suis ꝛeuocillaꝛentuꝛ tanqz si sumeꝛent sapidissimum cibum. Flectebat insuꝓeꝛ ⁊ mouebat hominum affectus: vt ostendemus in teꝛtia conditione. Quaꝛe ipse sufficientissime docuit ⁊ pꝛedicauit. ¶Scōa

conditio predicationis sancti bernardini dicitur prudentia. Fuit enim prudentissimus ad euitandum omnia illa: a quibus predicatores verbi diuini debent abstinere: que sunt.

Falsitas.
Adulatio.
Jactantia.
Scandalum.
Contentio.
Superfluitas.
Leuitas.
Indiscretio.

¶ Primo abstinere dñt predicatores a falsitate. Non enim sunt assumenda aliqua falsa pro quacunq; vtilitate que posset inde sequi: quia sic veritas fidei redderetur suspecta. argumentum di.ix.ca. Si ad scripturas. Ideo Augustinus ait.xxij.q.ij.ca. Primum. Ad salutem non debet quis peruenire opitulante mendacio. Et idem pertractans illud Apostoli.j.ad Corinthios.xv.ca. Inuenimur falsi testes. Perhorrendum est inquit aliquid falsi de deo dicere: etiam si ad laudem eius pertinere videatur. Non enim minore sed maiore fortassis scelere in deo laudatur falsitas: q̃ vituperetur veritas. Et idem in l bro de mẽdacio. Mendacium maxime perniciosum est quod fit in his que ad religionem christianam pertinent. Ideo doctores tenent q̃ siquis non ex lapsu lingue sed ex industria diceret mẽdaciu; in predicando mortaliter peccaret nec excusaretur si hoc faceret causa conuertendi animas ad deum: quia vt ait Apostolus. Deus non eget nostro mendacio. Tempore meo inuenti sunt aliqui fingentes & predicantes miracula falsa visiones excogitatas. Prophetias determinatas s̃m suum sensum: & alia huiusmodi qui tamen euanuerunt in cogitationibus suis Nonnulli Vo vt ignorantibus sapientes apparerent falsas allegationes ad suum propositum induxerunt. Vnde dum quidam amicus meus predicaret neapoli inducere voluit ad robur & cofirmationem cuiusdaz sui dicti sententiam cõmentatoris qui tamen forte nec in aliquo cõmento dictum illud tãgebat: & dum falso allegasset cõmentatorem.j.de anima.iij. de anima.ij.phisicoru;.iij.methaphisice & huiusmodi. Tandem multiplicando verba dixit Et hoc idẽ confirmat cõmentato.j.ethicorũ iij.ethicorum.vij.ethicoru;.qui tamen de ethicis non se intromisit. Ille idẽ fecerat sibi quãdam cathenam doctorum & falso illos inducebat dicens. Et hoc refert Augustinus libro.ij de ciuitate dei.c.iij. de trinitate. & in Encheridion & huiusmodi. Ita q̃ apud imperitos videbat homo mirabilis: sed apud doctos ignarus & mendacijs plenus. ¶ Secundo predicatores abstinere debẽt ab adulatione ne scilicet laudet populum in quibus reprehensibilis est quod est pessimum. Vel etiam de temporalibus magnificentijs nisi forte hoc secundum fiat temperate vt melius ferant correccionem duram immediate sequendam. Adulari enim peccatorib⁹ est graue peccatum: vt patet.xlvj. di.ca. Sunt nonnulli. Et clericus adulationi seruiens degradari debet: eadem di.ca. Clericus. Et nihil est miserius eo qui adulationib⁹ delectatur: vt dicitur.lxxxiij.di.ca. Nihil illo pastor. Et vtilius est peccantem seuere corrigere q̃ adulando palpare. v.q. v.ca. Non omnis Et vtilius est & melius pro veritate pati supplicium: q̃ pro adulatione beneficium.xj.q.iij ca. Nemo. Et adulatio prohibetur.C. Si quis aliquem testari prohibuerit. Et est adulatio sermo prolatus vt placeat. ¶ Tertio dñt predicatores cauere a iactantia. Sunt enim quidam qui semper de se bene dicunt & alios contemnunt: de quibus Gregorius ait.xlvj.di. ca.j. Habet hoc proprium doctrina arrogantium vt nesciant humiliter docere quod sciũt ¶ Quarto dñt predicatores cauere a scandalis prelatorum & aliorum maiorum vt non dicantur irrationabiliter eorum vitia. vnde sequitur q̃ nec illi emendantur nec populi propter edificant aut meliores fiunt. Et precipue caute agendum cum loquuntur predicatores de clericis: quia vt scribitur extra de immunitate ecclesiarum. ca. Clericis. Clericis laicos infestos oppido id est valde. s̃m glosam tradit antiquitas. Idem.ij.q.vij.ca. Laicos. & ca. Laici ¶ Quinto dñt predicatores prudentes cauere a contentionibus cum alijs predicatorib⁹. vnde Apostolus.j.ad Thimotheum.iij.ca.ait Noli contendere verbis: ad nil enim vtile est nisi ad subuersionem audientium. Nec ex hoc q̃ alius habeat maiorem concursum qui sit ẽt minus sciens predicator indignationem ostẽdat. Nam & christus indignatus non fuit q̃ aliquando ioannes baptista fuerit in maiori opinione populi q̃ ipse. Si autem audit aliũ predicatorem dicere aliqua que nõ sunt reprobata nec contra fidem vel bonos mores sed

dubia: ꝙuis ipse nō sit illius opiniōis sufficit sibi dicere opinionē suam cum suis rationib⁹ ⁊ non impugnet alium odiose: quia hoc est intrare contentiones ⁊ scandalizare populos. Si etiam audit predicatorem alium dixisse cōtra fidem ⁊ bonos mores vel determinata p ecclesiaꝫ non credat faciliter nisi audiat a fide dignis. Et tunc corrigat eum fraternaliter vt retractet. Quod si ille noluerit facere tunc publice predicandum contra ipsum. Si autem predicator ipse admonitus errauit debet patienter audire ⁊ se corrigere dictaqꝫ sua erronea emēdare. ¶ Sexto predicatores prudētes debent abstinere a superfluitate ⁊ nimia prolixitate: quia vt prouerbio dicitur. Gaudent brevitate moderni. ff. qō met⁹ causa. l. j. Et. C. de appellationibus. l. Ampliorem. §. In refutatoriis. Et. C. de precibus imperatori offerendis. l. Simili. vnde Gregorius in omelia ait. Alimenta que minus sufficiūt auidius sumūtur. ¶ Septimo abstinere dēt predicatores a leuitate ne dicant verba ociosa ⁊ fabulas ad prouocandum risum. Et si aliquādo opus est facere populum attentum cuꝫ aliqua modesta facecia temperate fiat ⁊ raro. Non sit etiam ludus predicator ad ferendam sentētiam de quolibet actu q⁹ sit peccatum mortale. Et in omnibus vtatur grauitate sicut bos lapsus qui fortiter figit pedeꝫ. ¶ Octauo abstinere dēt predicatores ab indiscrētione. Nam quidā inter mulierculas de subtilitatibus theologie predicant. Alij doctis ⁊ sapientibus viris fabulas narrant. Nonnulli in precipuis ⁊ maximis ieiunijs christi ⁊ virginis matris aliorumqꝫ sanctorum solennitatibus de ludo alee: de blasfemia de vsura ⁊ similibus predicant. Nihil de copiosa materia festiuitatum occurrente tangentes. Heu non possum non accusare quendam qui in die natiuitatis iesu christi in ciuitate neritonensi de sodomia totum sermonem contexuit: cum tamen miranda occurrant de natiuitate christi iocunda. Plericqꝫ etiam dum contra vitia inuehūt omi honestate demissa talia loquuntur ⁊ dicunt qualia etiaꝫ in ore lenonū turpissima viderentur. Ni nolunt audire verba sancti francisci qui sic in regula fratruꝫ minorum sanctissime retulit. Moneo quoqꝫ ⁊ exhortor eosdem fratres meos in domino iesu christo vt in predicatione quam faciunt sint examinata ⁊ casta eorum eloquia ad vtilitatē ⁊ edificationem populi. Annunciando vitia ⁊ virtutes: penam ⁊ gloriam: cuꝫ brevitate sermonis. In omnibus predictis prudentissim⁹ fuit pre ceteris predicatoribus horum temporuꝫ dux ille verbi sanctus Bernardinus. Nā semper recte incessit predicavitqꝫ veritatem sine falsitate: sine fictionibus: sine adulatione cum honore ⁊ reuerentia prelatorum ⁊ totius cleri: cum humilitate in verbis ⁊ factis: cum patientia ad contentiones vitandas: cū mensura ⁊ modo: cum grauitate ⁊ discretiōe multa adeo q⁹ exceptis emulis eius sermo gratus dulcis ⁊ delectabilis fuit omnibus doctis pariter ⁊ indoctis viris ⁊ mulieribus cunctisqꝫ generibus hominuꝫ: prout omnis italia clare firmiterqꝫ testatur. ¶ Tertia conditio predicationis sancti bernardini dicitur efficacia. Predicauit enim cum admirabili animarum fructu adeo q⁹ omnes italie ciuitates ⁊ maiores ⁊ mediocres ⁊ minores pro maiore parte sua doctrina reduxit ad christum. Ipse peccatores conuertit. Ipse vsuras extinxit. Ipse multos habitum religionis induit. Ipse fratrum de obseruantia loca ⁊ monasteria ꝓstrui fecit. Ipse discordantes ad pacem reduxit. Ipse ad festa colenda populos traxit. Ipse denicqꝫ cunctos mares ac mulieres vt deū timerent amarent allexit. Testantur hec omia preclarissime incliteqꝫ italie vrbes. Roma: sena: perusia: florētia: bononia: ferraria: venetia: padua: verona: vincentia: brixia: mediolanuꝫ: ianua: ⁊ alie ꝯplures. In quibus ita efficaciter seminauit verba vite vt vsqꝫ in presentem diem adhuc gustentur fructus predicationū suarū. Quinimo ⁊ siqui post ipsum in officio predicandi clari sunt habiti vt fratres Joannes de capistrano: Jacobus de marchia: Matthe⁹ de sicilia: Antonius de boronto: Andreas de sancto geminio: Joannes de prato: Jacobus de bonçellis de bononia: Herculanuꝰ de perusio Franciscus de treuio: Siluester de senis: Antonius de ariminо: Michael de mediolano: Bartholomeus de ayano: Antonius de vercellis: Seraphinus de gaieta. Cherubinus de spoleto: Franciscus de spoleto: Hieronymus de florentia: Dominicus de goneſſa: Jacobus de gallio: omnes fratres minores in hoc genere dicendi famosissimi ⁊ quicunqꝫ alij etiam de alijs ordinibus mendicantium pro maiori parte conati sunt imitari modum ⁊ regulaꝫ atqꝫ stilum ipsius sancti bernardini. Adhuc, ⁊ multi ex his sermones illius: populis pronun

ciarūt qui fructus vberrimos produxerunt. Ego etiam qui de bernardino ⁊ si incomposite tamen non sine deuotione precipua ista refero: omnem italiaz lustraui predicauiqz quadraginta annis euangelium iesu christi: bernardinum habui in stilo pronunciandi necnō scribendi patrem ⁊ preceptorem. Et licet illuz non viderim legi tamen sermones amenissimos quos compilauit. ℙredicaui ⁊ illos quā doqz lz postmodū alias ego ꝓfecerim. Quod vtiqz nō ex presumptione sed charitate ac necessitate temporum volui tentare. Nam ⁊ ꝓpter studia humanitatis quibus iam completa est omnis italia ⁊ propter virorum doctissimorum in qualibet facultate copiam ac etiaz propter subtilitatem populorum qui quodāmodo propter multarum predicationum frequentiam effecti sunt curiosi: consulte visum est mihi agere vt sermones illos conterexerem Quare vt partem istam expediam concludo ꝙ sanctus Bernardinus fructuosissime predicauit.

¶ Qualiter deus honorauit sanctum bernardinum: in miraculis: in canoniçatione: ⁊ in gloria beata.

Capitulum. xij.

Certia excellentia predicatiōis sancti bernardini: dicitur honorationis. Voluit enim deus honorare illum triplici honore. ℙrimus dr miraculose rutilationis. Scōus solennis canoniçationis. Tertius superne glorificationis.

¶ ℙrimus honor fuit miraculorum rutilantium. Multa equidē miracula visa sunt de sācto isto. Nam eo mortuo in vigilia ascensiōis iesu christi: dum fratres eius socij in aquilano conuentu corpore in cellula cum luminaribus solo dimisso incederent vt capsa celeriter fieret in qua corpus illud reconditum senas trāsportarent. Quidam adolescens pasqualis nomine per multos annos claudus qui nec rectus incedere poterat sed manibus reptando ibat: cuius genua carnosa dura erant ⁊ tumida a spiritu sancto inspiratus sic reptando vt potuit ad corpus sancti bernardini peruenit: ⁊ deotione inflammatus tetigit faciem eius ⁊ inde genua sua cuz fide infusa mirabili commendans se sancto viro. Mox in pedes surrexit sanus ⁊ liber ⁊ currendo cum lachrymis ⁊ clamoribus exultationis ad ecclesiam properauit. Sentiunt omnes voces: vident liberum quem viderant vsu ambulandi priuatuz. Mirantur: gratias referunt omnipotenti deo ⁊ sancto bernardino. Commouetur ciuitas tota ⁊ fit concursus virorum ac mulierum. Ciues ℵo corpus ad ecclesiam cum hymnis ⁊ laudibus ⁊ armatorum custodia deferri faciunt: socijs atqz sancti referunt ne thesaurum ipsis a deo datum inde amouere presumant. vidi ego illum pasqualem ⁊ secum locutus sū qui retulit omnia que narrata sunt. Eodem die iuuencula quedam nomine partia que mēsibus pluribus in lecto iacuerat nec per seipsā poterat ambulare: patiebatur etiam vulnera quedam que fistule dicuntur a medicis: audiens sanatum pasqualem suppliciter expostulauit ad corpus sancti deferri. Quo cum peruenisset orationeqz facta incolumis redijt domum non soluz restituta viribus corporis sed etiam eodem instanti a fistulis perfecte sanata. Hanc ego allocutus sum ⁊ parentes ac vicinos eius qui omnes affirmarunt sic esse vt expositum est. Sicilia de spoleto vxor nobilis viri franciſci nō valens se mouere de lecto cū sic per plures ānos molestata fuisset: deducta ad corpus sancti bernardini restituta est optime sanitati. Et hec omnia retulerunt multi spoletini etiam ⁊ ipsa que prima erat in ecclesia maiore dum ibi vna quadragesima predicaui. Alia mulier de populo que annis triginta septem omni vsu ambulandi priuata extiterat ducta ad corpus sancti bernardini mox sanitatem adepta est. Hanc ego vidi sanam ⁊ robustam ac si nullum antea malum passa fuisset. Sunt ⁊ alia istius sancti miracula multa vsqz in hodiernuz diem. Ad sacrum cuius tumulum frequenter membra languentum mō sanitati q̄libet morbo fuerit grauata restituūtur. ¶ Secundus honor quo deus honorauit sanctum bernardinum dicitur solennis canoniçationis. Fuit equidem canoniçatus cū multa solennitate ⁊ magnificentia pre ceteris q̄s vidimus canoniçari. Nam tempore meo eugenius quartus canoniçauit sanctum nicholaum de tolentino. Calixtus tertius sanctū vincentium ⁊ sanctum ofimundum. ℙius secundus sanctam catherinam de senis. Sixtus q̄rtus sanctum bonauenturam. Et Micholaus quintus sanctum bernardinum. Sed in canoniçatione istius multa concurrerunt faciētia ad gloriam eius: videlicet annus iubileus quo ex omnibus christianorum partibus mul

titudo maxima confluebat ad vrbem. Et dies pentbecostes festum vtiqz solennissimuz. Et generale capitulum fratrum minoruz in quo conuenerunt vltra quinqz milia fratrum. Et ego de ipso post canonicationem sermonem ad populum habui in quo concurrerunt multa milia virorum ac mulierum. ¶ Tertius honor quo deus honorare voluit sanctum bernardinum dicitur superne glorificatõis. In celesti nanqz patria vltra essentiale premium coronatur aureola que debetur doctoribus ꝺ qua dirimus in opere de laudibus sanctorum in sermode de sancto petro martyre. Dicere itaqz possumus illud psalmiste. Magna est gloria eius: magna vtiqz in ecclesia militante maior in ecclesia triumphante. Quare conuenienter de ipso referre possumus quod de paulo primo beremita in sua vita Hieronymus scribit. Si mihi inquit lectionem optione dominus dignaretur concedere magis eligerez tunicam pauli cum meritis eius: ita z sancti bernardini ꝯ regum purpuras cum gemmis suis. Deprecemur ergo deum celi vt per merita tanti sancti dignos efficiat nos sua gratia. Et tandē ad vitam perducat eternam. Amen

Omnia ad maiorem dei

Ann

GW 6052